✧ **LA PRIMA REGOLA E' PARLARE DELLO SPIRITO SANTO. LO SPIRITO SANTO E' CREATORE COME IL PADRE ED IL VERBO. CON LA TESTIMONIANZA DEL PROFETA LO SPIRITO DEL SIGNORE MI CREO' E MI VIVIFICO' COME SCINTILLA DELL'ONNIPOTENTE.** Nel nome del Padre e della santa indivisibile Trinità. Io Riccardo, per grazia di Dio conte dei Franchi, concedo e consegno a te Gualterio abate del cenobio di san Lorenzo, una chiesa monastero conventuale con il nome di sant'Arcangelo **terraczani** che è dalle parti di **neapoli** davanti alla grotta posta sul monte che è sopra il fiume chiamato **anglane**, affinché tu ivi debba essere abate per tutti i giorni della tua vita. Pertanto abbiamo concesso e consegnato a te il predetto monastero con il nome del santo Arcangelo Michele per la salvezza delle anime nostre o dei nostri genitori, con tutte le sue obbedienze qualunque risulti avere ed essere di pertinenza di quel monastero, quante e quali sono sia in terra o su isole del mare, unitamente agli uomini e ai suoi censiti di dentro e fuori e con le sue capanne e con tutte le sue pertinenze e celle e orti e con tutti i casali e le terre coltivate e non coltivate, lontane e vicine, ed anche le terre del territorio **ligurianam** appartenenti allo stesso monastero, parimenti i monti e le valli, i pascoli e gli oliveti e i castagneti, i boschi e le paludi, e i diritti di pesca o gli uccelli ed anche con tutti i suoi hospites o commenditi e con i fondi dei vivi e dei morti degli stessi fondi e delle stesse terre, insieme con tutti i loro tributi e canoni e i responsatici, e i doni e le angarie e con tutte le cose che esistono e appartengono ed essi, con tutti i suoi servi e serve e defisi di dentro e fuori, e con tutti i beni mobili dello stesso monastero, beni mobili e immobili e tutte le cose che vi siano e siano a loro pertinenti, e con tutte le cose che ivi fossero offerte, in tutto da ogni parte o in qualsiasi modo in te dunque abate Gualterio e nei tuoi successori rettori dello stesso monastero sia la potestà, con i suoi codici e ornamenti e con i suoi ingressi e tutte le cose a loro pertinenti, integralmente da noi predetto conte Riccardo sia concesso e consegnato a te e ai tuoi posterì. E giammai da noi o dai nostri posterì o da qualsiasi dei nostri soldati abbiate in

<p>nostros sive de quacumque nostris militibus habeatis aliquando qualibet contraria per nullum modum. sed in omnibus adiutor et defensor nos et posteros nostros qui in nostro honoris regimine adesse videtur adiutores et defensores debemus fieri de ex ipso monasterio cum omnibus que superius scripta sunt. in omnibus et per omnia. et si qualibet homo presumerit in ipso monasterio aliquod malis facere vel aliquid de suis rebus per vim tollere anathematizatus sit ab omnipotentis deo. et componatur in ipso monasterio aureos solidos centum. quia sic a me constitutum est. Hec preceptum scriptum est. ab incarnatione domini anno millesimo quinquagesimo quinto. romani imperii monarchia tertio henrico post obitum domini leoni pape menses duo. residente me Riccardo comite ligurie campanie dominate eius dominatus anno quarto, sub pridie kalendas iunii. indictione septima. Huius autem privilegii textum. petrus R. noster epistolarius nostro iussum scripsit. et ut firmus et intemeratus. in eternum servetur. nostro sigillo signavimus.</p> <p>✠ Ego riccardus comes subscripsi ✠</p>	<p>qualsiasi tempo qualsivoglia contrasto in nessun modo anzi in tutto soccorritori e difensori noi e i nostri posteri che risulteranno essere nell'onore della nostra carica, soccorritori e difensori dobbiamo essere del monastero con tutte le cose che sopra sono scritte, in tutto e per ogni cosa. E se qualsiasi uomo osasse fare del male allo stesso monastero o togliere con la forza qualcosa delle sue cose sia scomunicato da Dio onnipotente e paghi come ammenda allo stesso monastero cento solidi aurei poiché così è stato da me stabilito. Questo precetto è stato scritto nell'anno millesimo cinquantesimo quinto (→ quarto) (A) dall'incarnazione del Signore, nel terzo anno di Enrico monarca dell'impero romano, due mesi dopo la morte di domino Leone Papa, residente me Riccardo conte della liguria e della campania nel quarto anno della di lui dominazione, nel giorno precedente le Calende di giugno (B), settima indizione. Il testo di questo nostro privilegio poi Pietro R. nostro segretario per nostro comando scrisse e affinché si conservi per sempre fermo e inviolato lo abbiamo contrassegnato con il nostro sigillo.</p> <p>✠ Io Riccardo conte sottoscrissi. ✠</p>
--	---

Note:

<p>(1) Huic diplomati Richardi Aversani Comitum tum Carolus Franchius in sua elucubratione, cui titulus: <i>Dissertazione Istorico-legale sull'antichità, sito, ed ampiezza della nostra Liburia</i>, tum Alexander de Meo in suo opere inscripto: <i>Apparato cronologico, Cap. V. articolo VIII</i>. falsitatis notam inusserunt. At perperam, ut nobis videtur. Etenim negat Franchius vel Richardum, vel quemquam alium ex Nortmannis Dynastis in suis diplomatis apud nos Francorum comitis titulum usurpasse. Quod quamquam ratione pro certo affirmari possit, prorsus ignoramus, cum in comperto sit pleraque horum dynastiarum ac praesertim Comitum, de quo loquimur, diplomata temporis edacitate desperiisse: quae quidem diplomata si superessent omnia, non dubitamus quin Caroli errorem coarguerent. Id vero pro certo affirmare possumus, nempe Notarios, dum instrumenta condebant, huiusmodi titulo Richardum condecorasse, ut patet nedum ex instrumento an. 1070, quod in lucem protulimus vol. V. pag. 41, verum etiam ex duobus aliis instrumentis Monasterii s. Blasii Aversani, quae edidit Carolus Magliola in quadam sua dissertatione ad terrae Arpinatis, aliorumque Atellanorum Casalium, iura defendenda elucubrata, quorum in altero an. 1068, haec verba leguntur: <i>Anno octavo Comitatus Domini Riccardi gloriosi Francorum Comitum in Urbe Aversa</i>; in altero vero an. 1073, ita scriptum legitur: <i>Anno Comitatus domini</i></p>	<p>(1) Sia Carlo Franchi nel suo lavoro denominato <i>Dissertazione Istorico-legale sull'antichità, sito, ed ampiezza della nostra Liburia</i>, sia Alessandro de Meo nella sua opera intitolata <i>Apparato cronologico</i>, Cap. V, articolo VIII, marchiarono con il contrassegno di falsità questo diploma del Conte Aversano Riccardo. Ma a torto, come ci sembra. Infatti, Franchi nega che sia Riccardo, sia qualsiasi altro dei Signori Normanni nei loro diplomi nostrani usarono il titolo di conte dei Franchi. Il che per quale ragione possa essere affermato come sicuro, lo ignoriamo del tutto, giacché è accertato che molti diplomi di questi Signori, e soprattutto del Conte di cui parliamo, sono andati perduti per la voracità del tempo: i quali diplomi invero se fossero tutti sopravvissuti, non dubitiamo che avrebbero dimostrato l'errore di Carlo. Invero possiamo sostenere con certezza che sicuramente i Notai, mentre redigevano gli atti notarili, con un tale titolo ornavano Riccardo, come risulta evidente non solo dall'atto notarile dell'anno 1070, che abbiamo portato alla luce nel vol. V, pag. 41 [Doc. CCCCX], ma anche da due altri atti notarili del Monastero di s. Biagio di Aversa, che pubblicò Carlo Magliola in una certa sua dissertazione elaborata per difendere i diritti della terra di S. Arpino e di altri Casali Atellani, dei quali in uno dell'anno 1068, si leggono queste parole "<i>Nell'anno ottavo quale Conte del Signore Riccardo glorioso Conte dei Franchi nella Città di Aversa</i>"; nell'altro invero dell'anno 1073, così si legge scritto: "<i>Nell'anno [ottavo]* quale Conte del Signore</i></p>
---	--

Riccardi gloriosi Francorum Comitis in Urbe Aversa, et sextodecimo anno principatus eius Capuae. Quin etiam cum Richardus in vetustis membranarum Principis titulo donabatur, non nisi *Princeps Francorum* appellabatur, ut id luculenter evincunt binæ chartæ per nos editæ eodem vol. V. pagg. 63 et 65. Nec prætereundum nobis videtur fieri etiam potuisse, ut in urbe recens condita, cum regulus Nortmannus notarii opera pro cancellario uteretur in diplomatis conscribendis, ipse notarius eundem Richardo titulum tribuerit, quo eum in conficiendis instrumentis donabat.

Porro idem Franchius ait intelligi non posse, quo pacto Richardus Monasterio s. Laurentii Aversæ posito Aedem cum Monasterio super Agnani lacum sitam concesserit, h. e. locum aeris corrupti ac pestiferi. Respondemus huic argumento parum roboris subesse nobis videri, cum accidere potuerit ut concessionis tempore aer saluber postea se corruperit. Vel ipse de Meo, qui hoc diploma $\nu\theta\epsilon\acute{\iota}\alpha\varsigma$ accusavit, ut infra dicemus, eiusmodi argumentum minus probavit.

Jam vero, ait Franchius, in diplomate, de quo loquimur, quamplurimi errores ac improprietates deprehenduntur, quæ absunt ex caeteris Richardi diplomatis. Exempli gratia inibi legitur: *residente me Riccardo Comite*, quin locus denotetur, ubi Dynasta commorabatur cum diploma Aversano Monasterio impertiretur. Proxime sequuntur notæ chronologicae, quæ ad dominii sui annos tempusque, in quo diploma emissum fuit, significandum pertinent: qua quidem notæ ex usu Richardi Curiae longe recedunt. Demum indictio VIII. et non VII. anno 1053 decurrebat. Heic mirari satis non possumus qui Franchium latuerit sribligo, qua mediæ aevi chartæ passim defoedantur. Vide, sis, ut innumera alia monumenta prætereamus, aliud Richardi diploma a nobis editum Vol. V. pag. 23, et iisdem, quibus hoc, de quo edisserimus, diploma, soloecismis inquinatum deprehendes. Insuper his sermonis vitii argumentum capi non posse ad diplomata falsitatis accusanda, Muratorius jam observavit, cum ait: *Minus periti in re diplomatica ex novo hoc exemplo intelligant, in autographis ipsis minimeque apocryphis diplomatibus, occurrere interdum notariorum sphalmata, ad quorum aspectum non continuo imposturae crimen est iniiciendum* (*Antiquitates Italicae Mediæ Aevi Dissert. VI.*). Adde quod Franchius nimis errorum monstra exaggeravit; quin immo nonnulla diplomatis verba ut vitiosa taxavit, velut *residente me Riccardo Comite*, cum vel ipse de Meo tantum abest ut huiusmodi verba causaretur, ut ea nullo quidem vitio infecta autumaret. Ut autem ad illud accusationis caput gradum faciamus, nempe in diplomate consignatum non deprehendi locum, in quo ipsum datum fuit, animadvertimus hoc sane argumentum ad falsitatem diplomatis demonstrandam nihil prorsus apud nos valere. Enimvero longum diplomatum vel nostrorum Dynastarum qui ante regni incunabula imperitarunt, indicem attexere possemus, quorum veritas a nemine adhuc in dubium revocata est; attamen in eis locus, ubi data fuerunt, consignatus minime legitur. Sat erit

Riccardo glorioso Conte dei Franchi nella Città di Aversa, e nel sedicesimo del suo principato a Capua”. Che anzi Riccardo nelle antiche pergamene era definito con il titolo di Principe, se non era chiamato *Principe dei Franchi*, come ciò chiaramente provano i due documenti da noi pubblicati nello stesso volume vol. V, a pag. 63 [Doc. CCCCXX] e a pag. 65 [Doc. CCCCXXI]. Né ci sembra possa essere trascurato che sia anche potuto accadere che in una città da poco tempo fondata, poiché un piccolo re Normanno si serviva dell’opera di un notaio come cancelliere nel redigere i diplomi, il notaio attribuisse a Riccardo lo stesso titolo, con il quale lo definiva nel redigere gli atti notarili.

Inoltre lo stesso Franchi dice di non potersi comprendere in qual modo Riccardo aveva concesso al Monastero di s. Lorenzo di Aversa una Sede con Monastero posta sopra il lago di Agnano, cioè un luogo con aria corrotta e pestifera. Rispondiamo a questo argomento che ci sembra essere di poca forza, giacché potrebbe essere che l’aria, salubre al tempo della concessione, successivamente si sia corrotta. Persino lo stesso de Meo, che accusò di falsità questo diploma, come prima abbiamo detto, non approvò un argomento di tal fatta.

Ormai in verità, dice Franchi, nel diploma di cui parliamo si colgono molti errori e improprietà che mancano in altri diplomi di Riccardo. Ad esempio, in esso si legge: *“risiedendo me Conte Riccardo”*, senza che sia indicato il luogo dove il Signore risiedeva allorché il diploma era concesso al Monastero Aversano. Poi vengono i riferimenti cronologici, che debbono riferirsi agli anni ed al tempo del suo dominio in cui il diploma fu emesso: per la qual cosa invero i riferimenti differiscono molto dall’uso della Curia di Riccardo. Davvero l’indizione VIII e non la VII decorreva dall’anno 1053. Qui non possiamo meravigliarci a sufficienza che a Franchi sia sfuggita la sgrammaticatura, di cui i documenti del medio evo dappertutto sono macchiati. Si veda, tralasciando innumerevoli altri documenti, un altro diploma di Riccardo da noi pubblicato nel vol. V, a pag. 23 [Doc. CCCCII], e lo si troverà macchiato delle stesse sgrammaticature del diploma di cui abbiamo esposto nei particolari. Inoltre l’argomento del testo con questi difetti non può essere usato per accusare i diplomi di falsità, come già Muratori osservò quando dice: *“I meno esperti nella diplomatica comprendano da questo nuovo esempio che negli stessi originali, e per niente nei falsi diplomi, capitano talvolta errori dei notai, per la vista dei quali non è da porsi senz’altro l’accusa di falsità”* (*Antiquitates Italicae Mediæ Aevi, Dissert. VI.*). Si aggiunga che Franchi esagerò troppo la straordinarietà degli errori; che anzi non poche parole del diploma che valutò come erronee, come *“risiedendo me Conte Riccardo”*, mentre persino lo stesso de Meo per la sola mancanza di parole di tale tipo non era indotto a sostenere che un documento era invero macchiato da alcun difetto. Se poi valutiamo quel capo di accusa che di certo nella chiusura del diploma non si ritrova il luogo in cui lo stesso fu dato, osserviamo che questo argomento sicuramente non ha assolutamente alcun valore per noi per dimostrare la falsità di un diploma. In verità possiamo formulare un lungo elenco dei diplomi anche dei nostri Signori che dominarono prima delle origini del regno, la

menimisse diplomatis ejusdem Richardi anno 1060 conscripti, atque a nobis editi, ut supra diximus, vol. V. pag. 23: nam in ipso quoque locus, quo datum fuit, adscriptus non occurrit. Quod minime mirum cuiquam videri debet. Patet enim ex historia tunc temporis Dynastas bello et armis operam vel maxime dedisse, ac proinde eorum Curias constanti ratione caruisse in diplomatis solemnitatibus et formulis muniendis: quam quidem constantem rationem per ea tempora dumtaxat deprehendimus, quibus regibus nostris certa ac stabili Curia uti licuit. Quod vero attinet ad notas chronologicas, quae occurrunt in eo, de quo edisserimus, monumento, dicimus Richardi diplomata pervolutanti in oculos statim incurrere nullum hunc Principem fixum habuisse canonem in hujusmodi notis suis diplomatis allinendis. Et re quidem vera potestne inusitator fingi vel excogitari ratio epochas signandi, quam ea quae occurrit in Richardi diplomate an. 1060, supra a nobis memorato? Inibi legitur: *Facta est donacio Kalendis Mai in illo anno, quo obiit Henricus Rex Gallie Philipo filio eius in regno illi succedente, atque Nicholao Papa Romane Ecclesie presidente*. Postremo de indictione VII, quae in annum 1053 non convenit, Franchius non hoc quoque argumento ad diplomatis veracitatem convellendum usus esset, si paulum attendisset annum qui in eo consignatus deprehenditur, Pisanum esse, ideoque indictionem VII, ex ea annos supputandi ratione decurrisset.

At, urget Franchius, cum anno 1053 Richardus Aversam tantummodo possederit, a Leone Ostiense *Oppidulum* vocatam, titulos qui in membrana leguntur, videlicet *Comite Ligurie, Campanie Dominone*, usurpare minime poterat; etenim sciunt omnes ab anno 1058, ipsum ea loca suo imperio adiecisse. Insuper in cunctis diplomatis, vel chartis per ea tempora conscriptis numquam legitur Richardum hujusmodi titulis fuisse usum, sed Capuae Principis titulum solummodo adhibuisse, addito deinceps Caietae Principis titulo; postquam scilicet ea sit urbe potitus. Hae Franchii reprehensiones, sat scimus, cassae concident, si modo animadvertamus Nortmannos Dynastas titulos ἀξιολόγους nimium in deliciis habuisse, ac Notarios plena manu in Principes hujusmodi titulos contulisse. Proinde quid mirum si Richardus *Comitis Liguriaie* titulum in diplomate, de quo verba facimus, usurparit, cum Aversae tantum, quae Liburiae erat contributa, dominaretur? Jam vero si ita argumentari libeat, cuncta, quotquot sunt, Rogerii regis diplomata falsa erunt, in quibus nostrae μοναρχίας fundator *Italiae Rex* appellatur, dum extremae hujus tantum Italiae peninsulae gubernaculo adsideret. At Franchio danda est venia, si haec non viderit; nam causae, quam defendendam susceperat, inservire debuit. Secus non falsitatis idem diploma arguisset, quod utpote genuinum protulerat in sua diatriba, quam de origine, situ ac territorio Neapolitano elucubravit, ac Neapoli edidit anno 1754. Quod vero ad verba *Campanie dominone* attinet, Franchius perperam ea descripsit; nam diplomatis exemplum quod in nostro Archivo adservatur, habet

cui veridicità da nessuno è ancora messa in dubbio e nondimeno in quelli per niente si legge annotato il luogo in cui furono dati. Sufficiente sarà aver ricordato il diploma redatto dello stesso Riccardo nell'anno 1060, e da noi pubblicato, come sopra abbiamo detto, nel vol. V, pag. 23 [Doc. CCCCII]: infatti, anche nello stesso non è scritto il luogo in cui fu dato. Il che per niente straordinario deve sembrare ad alcuno. E' evidente dalla storia di quei tempi che i Sovrani davano il massimo della loro opera alla guerra ed alle armi, e pertanto le loro Curie mancavano di un'attenzione costante nel rafforzare i diplomi con solennità e formule: la quale costante attenzione invero cogliamo solo in quei tempi, nei quali ai nostri re fu possibile avere una Curia certa e stabile. Invero per quanto attiene ai riferimenti cronologici, che occorrono in quel documento che abbiamo esposto nei particolari, abbiamo detto che per i diplomi di Riccardo immediatamente appare davanti agli occhi di chi li studia assiduamente che questo Principe non aveva alcuna regola fissa nell'apporre riferimenti di tale tipo ai suoi diplomi. E invero è mai possibile che sia inventato o escogitato un modo più inusuale di definire l'epoca di quello che occorre nel diploma di Riccardo dell'anno 1060, sopra ricordato da noi? In esso si legge: "*Donazione fatta nelle Calende di Maggio di quell'anno in cui morì Enrico, Re della Gallia, a Filippo suo figlio a quello succedente nel regno, e in presenza di Nicola Papa della Chiesa Romana*". Da ultimo a riguardo dell'indizione VII, che non concorda con l'anno 1053, Franchi non avrebbe fatto uso anche di questo argomento per contestare la veridicità del diploma, se avesse fatto un poco attenzione al fatto che era Pisano l'anno in cui risulta essere stato emesso, e pertanto l'indizione VII risultava da quel modo di calcolare gli anni.

Ma, insiste Franchi, poiché nell'anno 1053 Riccardo possedeva soltanto Aversa, definita da Leone Ostiense *Oppidulum*, non poteva assolutamente usare i titoli che si leggono nella pergamena, vale a dire "*Conte della Liguria, Campanie dominone*"; e, infatti, tutti sanno che lo stesso dall'anno 1058 aggiunse quei luoghi al suo dominio. Inoltre in tutti i diplomi, o anche documenti redatti in quei tempi, mai si legge che Riccardo usava tale titolo, ma solo utilizzava il titolo di Principe di Capua, con l'aggiunta successiva del titolo di Principe di Gaeta; vale a dire dopo che si impadronì di quella città. Queste critiche di Franchi, sappiamo a sufficienza, cadono nel vuoto se solo osserviamo che i Signori Normanni gradivano assai titoli di importanza, e i Notai abbondantemente attribuivano ai Principi siffatti titoli. Pertanto quale meraviglia se Riccardo usava il titolo di *Conte della Liguria* nel diploma, di cui parliamo, mentre dominava soltanto Aversa che era parte della Liburia? Già invero se così piace argomentare, tutti, quanti sono, saranno falsi i diplomi del re Ruggiero in cui il fondatore della nostra monarchia è chiamato "*Re d'Italia*", mentre aveva il governo soltanto di un'estremità di questa penisola Italica. Ma a Franchi deve essere perdonato se non si accorse di queste cose; infatti, dovette servire alla causa che aveva preso a difendere. Altrimenti lo stesso non avrebbe accusato di falsità il diploma, che aveva presentato come genuino nella sua discussione che elaborò a riguardo

Campanie dominate. Adde doctissimi Muratorii auctoritatem, qui ipsum diploma evulgavit, ac verba, de quibus loquimur, non aliter ac nos expressit (*Antiquitates Italicae Medii Aevi*. vol. V, *Dissert. LXVIII*). At Franchio paullisper concedamus suam lectionem rectam esse. Quid tum inde? Profecto verbum *dominone* non, ut explicat Franchius, idem esset ac *dominatore*, perinde quasi Richardus Campaniae dominatoris titulum sibi adscivisset, cum Aversae solummodo imperaret; sed nota quedam compendiaria esset pro *dominatione*, ad significandum scilicet Liburiam Campano territorio esse contributam, ubi Capuani Principes auctoritatem exercebant suam. Postremo frustra in hoc diplomate quaeritur a Franchi Capuani Principis titulus, propterea quod Richardus eum sibi adsciscere coepit, cum ad Capuae dominationem adrepsit: quod nonnisi anno 1059 accidisse pro explorato est habendum.

Sed pergamus Franchii praeaeuntis vestigia premere. Richardi, inquit, subscriptio rationi, quam usurpat in se genuinis diplomatis subscribendo, non respondet. Etenim cruciforme monogramma ipsum adhibuisse constat, quo nempe litterae, quae eius nomen efficiunt, continebantur ex consuetudine nimirum Capuanorum Principum. Quapropter subscriptio: *Ego Richardus Comes subscripsi*, dum in illius Curiae usum non convenit, in hac tantummodo charta deprehenditur. Nullo negotio huiusmodi accusatio diffilabitur. Nam vel si demus Richardum monogramma cruciforme usurpasse in suis subscriptionibus, non continuo dicendum erit id semper ac immutabiliter in more habuisse. Confer quod toties memoravimus eiusdem Richardi diploma an. 1060, atque argumentum luce meridiana clarius invenies, Richardum se quandoque in diplomatis suo nomine subscripsisse: inibi enim subscriptio minio expressa sic legitur: *Riccardus Princeps*.

Denique, obiicit Franchius, Aedes Divi Laurentii, de qua in diplomate mentio habetur, huiusmodi titulo fuit insignita, postquam Richardus ipsum diploma impertivit. Nam antea s. Agathae Templum vocitabatur, atque medico Carthaginensi Constantino Africano fuit per Richardum donata. Porro cum Constantinus s. Benedicti regulam esset professus, quod diu post tempus quo diploma fuit exaratum accidit, Casinensibus monachis eandem concessit, et tunc temporis nomen s. Agathae cum s. Laurentii nomine commutavit. Verum hic (clarissimi viri pace dixerimus) Franchius s. Agathae Templum s. Laurentii templo confudit, autumans unam eandemque Aedem fuisse, cum revera duae inter se distinctae fuerint: immo vel post hanc epocham s. Agathae Aedes huiusmodi nomen retinuit. Ipse Alexander de Meo, cuius objecta in hoc diploma mox producemus, simulque refellemus, tum postremum hoc Franchii argumentum, tum caetera, quae supra memoravimus, parum habere roboris opinatus est, cum de iis scriptum reliquit: *Si accinse il dotto D. Carlo di Franco a convincerlo d'impostura* diploma, de quo agimus; *ma con ragioni non concludenti. Vide locum supra citatum*.

dell'origine, del sito e del territorio Napoletano e pubblicò in Napoli nell'anno 1754. Invero per quanto riguarda le parole *Campanie dominone*, Franchi le ricopiò in modo sbagliato; infatti, la copia del diploma che è conservata nel nostro Archivio, ha *Campanie dominate*. Aggiungo l'autorità del dottissimo Muratori, che pubblicò lo stesso diploma, e espresse i termini di cui parliamo non diversamente da noi (*Antiquitates Italicae Medii Aevi*, vol. V, *dissert. LXVIII*). Ma concediamo un po' a Franchi che la sua lettura sia corretta. Che cosa ne deriva allora? Sicuramente il termine *dominone* non è lo stesso, come spiega Franchi, di *dominatore*, quasi come se Riccardo si fosse attribuito il titolo di dominatore della Campania mentre signoreggiava soltanto ad Aversa; ma era una certa notazione abbreviata di *dominatione*, a significare cioè che la Liburia faceva parte del territorio Campano, dove i Principi Capuani esercitavano la loro autorità. Infine invano è preteso da Franchi in questo diploma il titolo di Principe Capuano, per il fatto che Riccardo incominciò ad attribuirselo quando pervenne alla signoria di Capua: cosa che è da ritenersi per accertato che accadde nell'anno 1059.

Ma proseguiamo nell'incalzare le orme di Franchi che va avanti. La firma di Riccardo, dice, non corrisponde al modo che usa nel sottoscrivere i diplomi genuini. E, infatti, risulta che lo stesso usava un monogramma a forma di croce, nel quale erano contenute le lettere che compongono il suo nome, senza dubbio per consuetudine dei Principi Capuani. Pertanto la firma: *“Io Riccardo Conte sottoscritti”*, nel mentre non concorda con l'abitudine di quella Curia, soltanto in questo documento si ritrova. Un'accusa di questo tipo sarà dissolta senza fatica. Infatti, anche se Riccardo si serviva effettivamente di un monogramma a forma di croce nelle sue sottoscrizioni, senz'altro sarà da dirsi che non aveva in uso fare così sempre e immutabilmente. Paragona che tante volte abbiamo ricordato un diploma dello stesso Riccardo dell'anno 1060, e trovi l'argomento alquanto chiaro alla luce del giorno, che Riccardo talora nei diplomi sottoscriveva con il suo nome: ivi, infatti, la firma molto evidente così si legge: *Riccardo Principe*.

Infine, obietta Franchi, la Chiesa di s. Lorenzo, di cui vi è menzione nel diploma, fu insignita con un tale titolo dopo che Riccardo emise il diploma. Infatti, prima era chiamata Chiesa di s. Agata, e da Riccardo fu donata al medico Cartaginese Costantino Africano. Inoltre poiché Costantino professava la regola di s. Benedetto, il che accadde molto tempo dopo l'epoca in cui il diploma fu scritto, concesse la stessa ai monaci di Cassino, e da quel tempo il nome di s. Agata fu cambiato in quello di s. Lorenzo. Ma qui (diremo in pace dell'illustrissimo uomo) Franchi confuse la Chiesa di s. Lorenzo con la Chiesa di s. Agata, sostenendo che fossero una sola ed identica Chiesa, mentre in verità furono due Chiese distinte: anzi anche dopo questa epoca la Chiesa di s. Agata mantenne tale nome. Lo stesso Alessandro de Meo, di cui subito esporremo le obiezioni contro questo diploma, e parimenti confuteremo, sia quest'ultimo argomento di Franchi sia gli altri che sopra abbiamo ricordato, ritenne che avessero poca forza, giacché lasciò scritto a riguardo: *“Si accinse il dotto D. Carlo di Franco a convincerlo d'impostura il*

Sed, age, ad argumenta, quibus de Meo diplomatis veritatem convellere adnisus est veniamus. Fieri non potest ex hujus scriptoris sententia, ut Richardus tot oppida, pagosque possederit, quot s. Laurentii Monasterio donasse deprehenditur, cum si ita foret, dicendum esset maximam Ducatus Neapolitani partem, in Richardi ditione fuisse. Respondemus Neapolitani Ducatus limites numquam extra urbis moenia se protendisse. Neapolitani vero etsi anno 830, Liburiae partem insedissent, ac porro anno 880, foedus cum saracenis ineuntes agrum occupassent, qui ad Capuam Veteram usque extendebatur, nihilominus anno 888 Langobardi qui Capuae dominabantur, Saracenorum copiis fuis ac profligatis, Neapolitanos in propria moenia redegerunt, totumque Liburiae campum usque ad Neapolitana moenia in sua rursus habuerunt potestate. Confer Erchemperti historiam (pag. 74, et seqq.) qui haec omnia dilucide enarrat. Ex tempore autem diplomatis, de quo tamdiu loquimur, ad XI saeculi finem nullibi legimus Neapolitanos Duces ex parte, quae Aversam attingebat, terras extra urbis nostrae moenia possedisse: quod vel ex chartis per ea tempora exaratis demonstratur, in quibus cum de rebus agatur ad territorium pertinentibus, quod extra Neapolim explicabatur, numquam Ducum nomen legitur: propterea quod nullum in eas imperium exercebant. Sat erit quatuor hujusmodi chartas memorare a Magliola productas in dissertatione, quam supra citavimus. In earum altera an. 1050, quae donationem quorundam bonorum inter Aversam ac Neapolim extantium Monasterio s. Blasii Aversano factam continet, sic legitur: *Anno ab incarnatione millesimus quinquagesimus regnante venerabile viro Henrico Theutonico III. Augustus. Sub eius tempore jam olim anno vigesimo residente gens Normannorum Liguriam per urbem Aversam. Anno 4 cum esset in Comitatu Herimanno puerulo, et primo anno Domino Riccardo Comiti eius avunculo. Occidentis Imperatoris nomen in ea consignatur ratione investiturae; Comitis vero Aversae nomen, eo quod in eadem Civitate ipse imperitaret. At Ducis Neapolitani nomen abest, quod fieri non potuisset, si Neapolitanus Ducatus vel minimam extra sua moenia jurisdictionem exercuisset. In altera vero charta an. 1068, donatio legitur eidem monasterio facta cuiusdam territorii, quod parum aberat a villa *Cerbano* (h. e. non longe a vicis vulgo dictis *Trentola ac Parete*), et sola inibi Comitis Richardi intitutatio deprehenditur. Ita enim ait: *Anno VIII. Comitatus Domini Richardi gloriosi Francorum Comitis in urbe Aversa, et anno XI. Principatus eius Capuae. Ideoque ego Aldoinus ex genere Francie, qui dicitur de Conoma, unus ex militibus Aversane Urbis, quod est in Ligurie tellus, videtur habere causa Fegus beneficii a parte ipsius prenominati ipsius Principatus, sicut mos Francorum est his regionibus. Idem dicendum de tertia charta an. 1073, qua Herimannus Francus terrae fragmentum donat in loco ubi dicitur *Poczanese* non longe a villa qui dicitur *Piro* (hodie forsitan *Casapuzzano*), et in qua solum Richardi Comitis nomen occurrit. Sic enim incipit: *Anno Comitatus domini Riccardi gloriosi***

diploma di cui discutiamo, ma con ragioni non concludenti. Vedi il luogo sopra citato".

Ma, orsù, veniamo agli argomenti con i quali de Meo si sforzò di contestare la veridicità del diploma. Non può essere, secondo il parere di questo storico, che Riccardo possedesse tanti luoghi fortificati e villaggi, quanti si ritrova che donò al Monastero di s. Lorenzo, giacché se così fosse, dovrebbe dirsi che la massima parte del Ducato Napoletano era sottoposta al dominio di Riccardo. Rispondiamo che i confini del Ducato Napoletano mai si protesero fuori della mura della città. Invero i Napoletani sebbene nell'anno 830 dominassero parte della Liburia, e inoltre nell'anno 880, stabilita un'alleanza con i Saraceni, occuparono il territorio che si estendeva fino a Capua Vetere, nondimeno nell'anno 888 i Longobardi che dominavano a Capua, sbaragliato e disfatto l'esercito dei Saraceni, ricacciarono i Napoletani nelle proprie mura, e riportarono sotto il loro dominio tutto il territorio della Liburia fino alle mura Napoletane. Si consulti la storia di Erchemperto (pag. 74, e segg.) che narra chiaramente tutte queste cose. Inoltre, dal tempo del diploma, di cui tanto a lungo parliamo, fino alla fine del secolo XI in nessun luogo leggiamo che i Duchi Napoletani possedevano terre al di fuori delle mura della nostra città dalla parte che toccava Aversa: il che è dimostrato anche dai documenti redatti in quei tempi, nei quali allorché si tratta delle cose pertinenti al territorio che si estendeva fuori Napoli, mai si legge il nome di Duchi perché su quello non esercitavano alcun potere. Sarà sufficiente ricordare quattro documenti di questo tipo presentati da Magliola nella dissertazione che prima abbiamo citato. In uno di questi dell'anno 1050, che contiene la donazione di alcuni beni esistenti tra Aversa e Napoli fatta al Monastero di s. Biagio di Aversa, così si legge: "*Nell'anno dall'incarnazione millesimo cinquantesimo, regnante il venerabile uomo Enrico III di Germania. Imperatore. Sotto il suo dominio già ormai nell'anno ventesimo la gente dei Normanni [in] Liguria nella città di Aversa. Nell'anno quarto dell'associazione a Conte del fanciullo Herimanno, e nel primo anno del Signor Conte Riccardo suo zio materno*". Il nome dell'Imperatore di Occidente è registrato in essa a causa dell'investitura; invero il nome di Conte di Aversa, perché in tale Città lo stesso signoreggiava. Ma il nome del Duca Napoletano manca, poiché non poteva avvenire se il Ducato Napoletano aveva minima giurisdizione al di fuori delle sue mura. Invero in un altro documento dell'anno 1068, si legge la donazione fatta allo stesso monastero di un certo territorio, che distava poco da villa *Cerbano* (cioè non lontano dai villaggi comunemente detti *Trentola e Parete*), e in esso la sola intitolazione del Conte Riccardo si trova. Così, infatti, dice: "*Nell'anno ottavo quale Conte del Signore Riccardo, glorioso Conte dei Franchi, nella città di Aversa, e nell'anno undicesimo del Principato di Capua. Dunque io Aldoino della stirpe dei Franchi, detto de Conoma, uno dei cavalieri della Città di Aversa, che è nella terra Liguria, risulato avere a motivo di beneficio feudale da parte dello stesso anzidetto dello stesso Principato, come è costume dei Franchi in queste zone*". Parimenti è da dirsi del terzo documento dell'anno 1073, in cui *Herimannus* Franco dona un pezzo di terra "*nel luogo detto Poczanese non lontano dal villaggio che è*

Francorum Comitatus in Urbe Aversa, et XVI. Principatus eius Capuae. Postremo eadem quidem ratione Richardus tantummodo memoratur in charta an. 1073, in qua de rebus agitur, quae ad territorium extra Neapolim situm pertinebant. Anno, ibi legitur, *Comitatus Domini Riccardi gloriosi Francorum Comitatus in Urbe Averse, et sextodecimo anno Principatus eius Capuae etc. Ideoque ego Raynaldo, cui supranomen de Argentia Franco, qui sum unus de militibus de Aversa, videtur me habere terras, seu mansionibus in istis Ligurie partibus, sicut mos Francorum est, et pro partibus nostre militie, multum in hoc seculo Dei dona gaudere.* Pratillus quoque in diatriba de *Liburia* (tom. III. pagg. 261 et 262), chartam an. 1089, in medium affert, qua Richardus auctoritate quaungebatur, quin Neapolitani Duces in ea nominentur, confirmat Monasterio s. Blasii concessionem bonorum extantium in *Aversa, Capua, Atella Vetere, et in castris Volturense et Patriense, et in Gualdo de partibus militiae et in tota nostra terra principatus Laborie et Averse.*

At perguit de Meo, dicens tantum ex hoc monumento notitiam erui cuiusdam Monasterii s. Archangeli di *Terradiano nelle parti di Napoli fuori la grotta nel monte, ch'è super amne, qui vocatur Anglane.* Id quidem viro docto excidisse nollemus, cum ignorare minime debuisset eo pretiosora esse vetera monumenta, quo praestantiores notitias praebent ad historiae peculium amplificandum. Et re quidem vera, si earum dumtaxat chartarum ratio habenda esset, quibus res protritae ac vulgares consignantur, historia careret exquisitissimis iis notitiis, quas acceptas referimus antiquis monumentis, quae sola ex tot aliis temporis edacitate deperditis adhuc aetatem ferunt. Exemplo sint Baroni, Pagius, Ughellus, Muratorius, Mabillonius, Montfauconius, totque alii seduli antiquitatum scrutatores, qui vel unius monumenti ope tum errores emendarunt, qui historiam, chronologiam, geographiam defoedabant, tum veritates quasdam, quae constabiliri nondum poterant, bono in lumine collocarunt.

Verum, ait idem adversarius, nostrum diploma datum conspicitur altero a Leonis IX obitu mense, cum tertius adscribi mensis debuisset. Respondemus Leonem Pontificem XIII Calendas Maii an. 1034 decessisse, proindeque pridie Calendas Junii ejusdem anni secundum ab eius interitu mensem numerari, uti in diplomatis calce recte legitur.

Nec plus roboris inest scriptoris nostri verbis, cum ait se aliud Richardi spurium diploma (nec quodnam huiusmodi diploma sit, adhuc scire potuimus) invenisse pro s. Laurentii Monasterio eodem exemplo et stylo exaratam ac illud, in cuius veritate asserenda iamdiu adlaboramus. At si diploma, de quo loquitur adversarius, eo tantum nomine ab eo spurium iudicatur, quod eandem prae se ferat sermonis stribiginem, continentiam ac tenorem, quae in diplomate, de quo disputamus, observantur, piget nos virum doctum in apertam, uti dialectici aiunt, *principii petitionem* incidisse, cum id potius demonstrare debuisset errorum monstra, quae in monumentis per

chiamato **Piro**" (oggi forse *Casapuzzano*), e in cui occorre solo il nome del Conte Riccardo. Così, infatti, inizia: "*Nell'anno [ottavo] (C) quale Conte del Signore Riccardo, glorioso Conte dei Franchi, nella Città di Aversa, e nel sedicesimo anno del suo Principato di Capua*". Infine invero per lo stesso motivo soltanto Riccardo è ricordato nel documento dell'anno 1073, nel quale si parla di beni che erano pertinenti al territorio sito al di fuori di Napoli. Ivi si legge "*Nell'anno [ottavo]* quale Conte del Signore Riccardo, glorioso Conte dei Franchi, nella Città di Aversa, e nel sedicesimo anno del suo Principato di Capua etc. Dunque io Rainaldo, soprannominato de Argentia, Franco, che sono uno dei cavalieri di Aversa, risulta che ho terre e abitazioni in queste parti della Ligurie, come è costume dei Franchi, e per le parti del nostro esercito, in questo secolo godere molto dei doni di Dio*". Anche Pratilli nella discussione de *Liburia* (tomo III, pagg. 261 e 262), riporta un documento dell'anno 1089, in cui Riccardo, con l'autorità che esercitava, senza che in esso siano nominati i Duchi Napoletani, conferma al Monastero di s. Biagio la concessione di beni esistenti in "*Aversa, Capua, Atella antica, e nei castri Volturense e Patriense, e nel Gualdo dalle parti dell'esercito e in tutta la nostra terra del principato di Laborie e Aversa*".

Ma de Meo prosegue dicendo che soltanto da questo documento si ricava notizia di un certo Monastero di s. Arcangelo "*di Terradiano nelle parti di Napoli fuori la grotta nel monte, ch'è super amne, qui vocatur Anglane*". In verità non vorremmo che al dotto uomo sia sfuggito, di non dover affatto ignorare che per quello sono più preziosi i documenti antichi, in quanto offrono notizie più notevoli per arricchire il guadagno della storia. E invero per certo, se volesse ritenersi che la sola ragione di quei documenti sia di registrare cose banali e comuni, la storia mancherebbe di quelle rarissime notizie, che riportiamo prese da antichi documenti, solo i quali ancora sopportano l'età fra tanti altri distrutti dalla voracità del tempo. Di esempio siano Barone, Pagi, Ughelli, Muratori, Mabillon, Montfaucon, e tanti altri diligenti studiosi delle cose antiche, che anche sulla base di un solo documento sia corressero gli errori, che macchiavano la storia, la cronologia, la geografia, sia posero bene in luce certe verità che non ancora potevano essere stabilite.

Ma, dice lo stesso oppositore, il nostro diploma si mostra dato nel secondo mese dalla morte di Leone IX, mentre doveva essere ascritto al terzo mese. Rispondiamo che il Pontefice Leone morì nel XIII giorno delle Calende di Maggio dell'anno 1034, e pertanto prima delle Calende di Giugno dello stesso anno doveva essere conteggiato il secondo mese dalla morte di quello, come in calce al diploma correttamente si legge.

Né più forza vi è nelle parole del nostro storico, allorché dice di aver trovato un altro diploma falso di Riccardo (e quale sia siffatto diploma, ancora non possiamo sapere) a favore del Monastero di s. Lorenzo scritto dalla stessa copia e stilo di quello per il quale per difenderne la veridicità tanto a lungo discutiamo. Ma se il diploma, di cui parla l'oppositore, è dallo stesso giudicato falso soltanto perché presenta sgrammaticatura del testo, contenuto e tenore pari a quanto si osservano nel diploma di cui disputiamo, ci rincresce che il dotto uomo sia caduto

<p>inferiora saecula conscriptis deprehenduntur, validum ad ea falsitatis coarguenda argumentum praebere. Postremo mera Alexandri de Meo hallucinatio est argumentum, quo ad extremum utitur ad opinionem suam magis constabiliendam. Ait enim nonnullas alias s. Blasii Monasterii chartas chronologicis scaterere erroribus, cum in iis mense octobri an. 1055 Richardi Comitatus annus sextus adscribatur. At quis non videt chronologiam in huiusmodi chartis recte procedere, cum vel ipse adversarius affirmet Richardum post Junium mensem an. 1050 Aversae Comitem evasisse? Ergo octobri anni 1055 sextus Richardi Comitatus annus in charta non male consignatur. Idem dicendum de altera charta ejusdem Comitatus mensis Martii an. 1062, in qua ex eiusdem de Meo supputationibus recte adscribitur duodecimus Comitatus annus, qui post Junium anni 1051 decurrere coeperat. Vides igitur tantum abesse ut chartae, quas de Meo produxit, diplomatis nostri falsitatem arguant, ut ex eo omnem prorsus $\nu\theta\epsilon\acute{\iota}\alpha\varsigma$ suspicionem amoliantur. Quae cum ita sint, pro certo habemus Alexandrum de Meo, si patrium hoc Richardi Aversani Comitatus monumentum attente perpendisset, numquam affirmate fuisse dictorum se ex tot chartis ad s. Laurentii Monasterium Aversae situm pertinentibus, ac a Muratorio aliisque scriptoribus in dias luminis auras productis nullam invenire potuisse, quae falsitatis vitio careret: cui quidem adversarii sententiae nos minime assentiri possumus tum clarissimorum scriptorum auctoritate, qui prorsus aliud de iis chartis iudicium tulerunt, tum iis rationibus permoti, quas supra protulimus. Et de hoc Richardi diplomate satis.</p>	<p>in aperta <i>principii petitionem</i>, come dicono i dialettici, giacché piuttosto dovrebbe dimostrare che la straordinarietà degli errori che si ritrovano nei documenti scritti nei secoli antichi, offrono valido argomento per dimostrare la loro falsità. Infine mera svista di Alessandro de Meo è l'argomento, del quale si serve alla fine a rafforzare ancor più la sua opinione. Dice, infatti, che parecchi altri documenti del Monastero di s. Biagio abbondano di errori cronologici, poiché in quelli del mese di ottobre dell'anno 1055 è riportato il sesto anno di Riccardo Conte. Ma chi non vede che la cronologia procede giustamente in documenti di tale tipo, quando anche lo stesso oppositore afferma che Riccardo dopo il mese di Giugno dell'anno 1050 divenne Conte di Aversa? Pertanto per l'ottobre dell'anno 1055, il sesto anno di Riccardo Conte nel documento non è riportato erroneamente. Parimenti è da dirsi a riguardo di un altro documento dello stesso Conte del mese di Marzo dell'anno 1062, nel quale dai calcoli dello stesso de Meo giustamente è riportato il dodicesimo anno di Riccardo quale Conte, che aveva incominciato a decorrere dopo il Giugno dell'anno 1061. Si veda dunque che tanto non sono d'aiuto i documenti, che de Meo presentò, ad accusare di falsità il nostro diploma, da rimuovere del tutto da quello ogni sospetto di falsità. Essendo così le cose, riteniamo per certo che Alessandro de Meo, se avesse esaminato attentamente questo patrio documento di Riccardo Conte di Aversa, mai avrebbe detto fermamente che fra tanti documenti pertinenti al Monastero di s. Lorenzo sito ad Aversa, e portati alla luce del giorno da Muratori e da altri storici, nessuno aveva potuto trovare che mancasse del difetto della falsità: invero a tale opinione dell'oppositore noi per niente possiamo assentire sia per l'autorità di illustrissimi storici che espressero valutazione del tutto diversa di questi documenti, sia indotti da quelle ragioni che sopra abbiamo spiegato. E a riguardo di questo diploma di Riccardo tanto basti.</p>
---	---

(A) Il maggio della VII indizione corrisponde al 1054. L'anno 1055 riportato nel documento è verosimilmente calcolato con il metodo fiorentino.

(B) 31 maggio.

(C) Nel *Codice Diplomatico Normanno di Aversa*, a cura di Alfonso Gallo (Società Napoletana di Storia Patria, Napoli, 1927), in questi documenti è presente la parola *octabo / octavo*.

✧ **In nomine domini nostri ihesu christi.** Duodecimo anno. imperii domini constantini sanctissimi imperatoris nostri. mense augustus. Septima indictio: Ego mulier nomine Sikelgayta filia quoddam maorini et que fuit uxor petri. et sum havitante in cibitate vaccarizza (1). Quisquis eternam beatitudine a domino desiderat paries illicite. (*sic*) peragere debeat. que deo sunt placita recogitare. quapropter intentam consideratione pensante Modo sanam et leta sum in oc mundo decertantes. ad omnibus utilitatibus meis. et recogitantes me ab amore dei omnipotentis misericordia et pro remedium et salbationem anime mee meorumque parentum volo me offerire in ecclesia beati petri apostoli qui dicitur. burgo (2) que situm est. non longe a cibitate vicari Set dum didicit addoctis hominibus ut mulier sine voluntate domini mundualdi sui. res suas movilibus aut inmovilibus sine voluntate illorum non possit aliquod dare vel iudicare nec alienare cuicumque secundum legem. proinde pro qua ipsa lege mihi admonuit. talia adimplendi vel faciendi. ideo fecit notitia ad benedicto crispo mundualdo meo. ut ad hoc offerendum licentiam dare et legibus consentire et multum eos obsecravi quod ut eum obsecravi taliter ab ipso sum exaudita. Modo namque per eius largietate me offero. in predicta ecclesia. beati. petri. apostoli. hubi nunc deo tuente. domino leto venerabili abbati. regimen tenere bidetur. ibidem in eadem sancta ecclesia et ad sancto altario offero me et omnia causa mea. mobile. et stavile ubicumque vel undecumque mihi est. pertinentes. cum solo et pertinentiis suis. tam casis. quam et vineis. et territorie. et omnia possessio mea. mobile et stavile. Propterea. ego supranominata mulier. sikelgayta ante presentia trisigio iudice et aliis testibus aut laycos. quam et sacerdotibus qui hic subter conscripti sunt. ibique astante supradicto leto venerabili abbate rectores eiusdem sancte ecclesie. hoc quod mihi pro timore. et amore dei. congruum est. offerire in supradicta ecclesia. beati petri. pro meae redemtionis animabus bone etenim mea voluntate per hanc quoque offertionis cartulam offero omnia causa. mobile. et stavile. omnia vero causa

✧ **Nel nome del Signore nostro Gesù Cristo,** nel dodicesimo anno di impero del signore Costantino nostro santissimo imperatore, nel mese di agosto, settima indizione. Chiunque desidera l'eterna beatitudine dal Signore cerchi di pensare che deve compiere lecitamente cose che a Dio sono ben accette. Pertanto, io donna di nome **Sikelgayta**, figlia del fu **maorini** e che fui moglie di Pietro, e abitante nella città **vaccarizza**, dopo attenta valutazione ora che sono sana e lieta in questo mondo, decidendo e ripensando per ogni mia utilità, io per misericordia e per amore di Dio onnipotente e per il riscatto e la salvezza dell'anima mia e dei miei genitori, voglio offrire me alla chiesa del beato Pietro apostolo detta **burgo** che è sita non lontano dalla città di **vicari** (A). Ma poiché è stato detto da uomini dotti che una donna senza la volontà del suo signore mundoaldo le sue cose mobili o immobili senza la volontà di quello non può in alcun modo dare o disporre né vendere a chicchessia secondo legge, pertanto come la stessa legge mi prescrive di adempiere e fare tali cose, dunque diedi avviso a Benedetto Crispo mio mundoaldo affinché mi desse licenza e mi consentisse secondo legge di offrire ciò e molto lo supplicai di modo che come lo pregai così sono stata da lui esaudita. Ora per sua benevolenza mi offro alla predetta chiesa del beato Pietro apostolo che ora con l'aiuto di Dio domino Leto venerabile abate risulta reggere, e ivi alla stessa santa chiesa ed al santo altare offero me e tutte le mie cose, mobili e immobili, dovunque e da ogni parte mi siano appartenenti, con il suolo e le loro pertinenze, tanto case quanto vigne e terreni e ogni mio possedimento mobile e immobile. Pertanto io predetta donna **sikelgayta** in presenza del giudice **trisigio** e di altri testimoni, sia laici che sacerdoti che sono qui sottoscritti, ivi presente l'anzidetto Leto, venerabile abate rettore della stessa santa chiesa, poiché é per me giusto per timore e amore di Dio donare alla predetta chiesa del beato Pietro per la salvezza della mia anima, dunque di mia spontanea volontà, mediante questo atto di offerta dono ogni cosa mobile e immobile, invero ogni cosa mia, in possesso della stessa santa chiesa affinché sempre le abbia senza mio contrasto o richiesta dei miei eredi o contrarietà

✧ **In nomine domini dei salvatoris nostri ihesu christi. Imperante domino constantino magno Imperatore anno septimo: Die tricesima mensis augusti indictione quinta neapoli: Certum est me iohannes qui nominatur gititiu filium quondam iohanni sartori qui iterum gitio clamabatur et quondam drosu que fuit anteriora conius eius iugalium personarum huna cum voluntate presenti marena conius mea: A presenti die promptissima volumtate venumdedi et tradidi vobis petro filio quondam petri qui nominatur gualpulo qui fuistis de loco qui vocatur pindici territorio liburiano: et anna dudum thia mea hoc est iugales: Idest integra domum mea quantum et quomodo michi pertinet per quobis modum per memorata genitricem mea positum vero intus hanc civitatem neapolis intus curte commune que est secus platea publica que ascendit subtus forum at marmorata quod est nominatiba in primis una inferiora fortiore cum integra superiora iterum fortiore constituta super ex parte de eadem inferiora et sunt simul a parte orientis: seu et integra alia inferiora minore iusta ipsa inferiora fortiore parte hoccidentis una cum modica superiora super ex parte ex ipsa inferiora minore et cum alia superiora que modo disternita esse videtur constituta super eadem modica superiora et super anditum commune qui ingredit at piscina commune. nec non et sex uncias de integra inferiora que est in capite de memorata inferiora fortiore que superius vobis venumdedi parte orientis quem memorato iohanni gitio genitori meo et memorata drosu genitrice mea anteriora conius sua. cum modica superiora super ipsa inferiora comparaverunt per chartula comparationis illorum da sellicta thia mea dudum cognata tua memorata anna filia quondam gregorii qui nominatur athalarico avio meo et da sergio presbytero filio quondam presbyteri qui nominatur de maroccia qui tunc graviter infirmatus erat de infirmitate paralis memorato sergio presbytero pro vice sua et pro vice petri et anna uterinis germanis suis qui infra etate erant. quibus omnem licerem meum. ex ipsa chartula vobis dedi. utraque cum haheibus et**

✧ **Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nel settimo anno di impero del signore Costantino grande imperatore, nel giorno trentesimo del mese di agosto, quinta indizione, neapoli. Certo è che io Giovanni detto gititiu, figlio del fu Giovanni sartori che parimenti era chiamato gitio e della fu drosu che fu precedente sua moglie, coniugi, con la volontà della presente Marena coniuge mia, dal giorno presente con prontissima volontà ho venduto e consegnato a voi Pietro, figlio del fu Pietro detto Gualpulo che fu del luogo chiamato pindici in territorio liburiano e di Anna già zia mia, cioè coniugi, vale a dire per intero la casa mia, quanto e in qual modo mi appartiene in qualsivoglia maniera dalla mia predetta genitrice, sita invero dentro questa città di neapolis dentro il cortile in comune che è vicino alla via pubblica che sale sotto il mercato at marmorata, che è in dettaglio innanzitutto un piano inferiore più esteso con l'integro piano superiore parimenti più esteso sita sopra parte dello stesso piano inferiore e sono insieme dalla parte di oriente, e anche l'integro altro piano inferiore più piccolo vicino allo stesso piano inferiore più grosso dalla parte di occidente insieme con il piccolo piano superiore sopra parte dello stesso piano inferiore più piccola e con un altro piano superiore che ora risulta essere senza pavimento posto sopra lo stesso piccolo piano inferiore e sopra il passaggio comune che è di ingresso alla vasca comune, nonché sei once dell'integro piano inferiore che è a capo dalla parte di oriente del predetto piano inferiore più esteso che sopra vi abbiamo venduto e che il predetto Giovanni gitio genitore mio e l'anzidetta drosu, genitrice mia e precedente coniuge sua, comprarono insieme al piccolo piano superiore sopra lo stesso piano inferiore mediante loro atto di acquisto da sellicta zia mia già cognata tua anzidetta Anna, figlia del fu Gregorio detto athalarico nonno mio, e dal presbitero Sergio figlio del fu presbitero detto de maroccia che allora era gravemente ammalato per malattia di paralisi, il predetto presbitero Sergio per conto suo e per conto di Pietro e di Anna, fratelli uterini suoi che erano prima dell'età legittima, per le quali cose ogni porzione mia dallo stesso atto a voi ho dato, ogni cosa con le sue luci e le**

aspectibus suis et cum integra omnem portionem et pertinentia mea que fuit de memorata genitrice mea et ad ea pertinuit per quobis modum de memorata piscina commune et de atrium suum seu et de memorata curte commune et de grade fabrite commune et de modica inferiora subtus ipse grade et de ballatorium commune qui modo destructus esse videtur. et de anditum altineum commune qualiter badit usque at memorata piscina commune. seu et de alium anditum terraneum commune que badit subtus memoratum ballatorium commune. et cum introitibus suis omnibusque eis pertinentibus. coerente sivi memorata inferiora fortiore et iamdicta inferiora minore secus se parte hoccidentis quas vobis venumdedi ut super legitur a parte septemtrionis curticella et trasenda de illi rigi et de consortibus illorum sicuti paries exfinat qui sunt fenestras cum cancellas pro lumen ibidem ingrediendi. et a parte meridiana memoratum anditum terraneum commune unde ipsa portione mea vobis venumdedi seu et inferiora de heredes memorate sellicte ut super legitur ut inter se paries exfinat ubi est memorata regia per quam ibidem introitum habere debeatis seu et inferioras de ipsis heredibus memorate sellicte sicuti clusas et signatas exfinat. et a parte orientis est memorata inferiora unde ipsas sex uncias memorate genitricis mee vobis venumdedi quem memorato genitori meo cum ipsa genitrice mea comparatum abuerunt ut super legitur sicuti inter se exfinat facie de unum trave maiore sarcenale qui substinet capitas de travicelli de sternimentum de memoratas superioras ipsa denique faciem quem ex ipsum trabe est a parte orientis: et a parte occidentis coheret memorata piscina commune ut super legitur et memoratas superioras quas vobis venumdedi. Coherent sivi a memorata septentrionalem parte aheres de super ipsa trasenda et curticella de ipsi rigi et de iamdictis consortibus illorum. et a parte meridiana memoratum anditum altineum communem ut super legitur sicuti inter se clusa exfinat ubi est regia propria ex ipsa superiora fortiore que vobis venumdedi unde ibidem introitum abere debeatis. set inter ipsa superiora minore que vobis venumdedi et inter eodem anditum iterum exfinat signata

parti esterne, e con tutta l'integra porzione e pertinenza mia che fu della mia predetta genitrice e a lei in qualsiasi modo appartenne della predetta vasca comune e del suo atrio e anche del predetto cortile comune e della scala comune in muratura e del piccolo piano inferiore sotto la stessa scala e del ballatoio comune che ora risulta essere in rovina, e del passaggio in alto comune come va fino alla predetta vasca comune, e anche dell'altro passaggio comune a piano terra che va sotto il predetto ballatoio comune e con i suoi ingressi e con tutte le cose loro pertinenti. Confinante il predetto piano inferiore più grande e il già detto piano inferiore più piccolo dalla parte di occidente che vi ho venduto, come sopra si legge, dalla parte di settentrione con il cortiletto e il vicolo di quel **rigi** e dei suoi vicini come delimita la parete in cui vi sono finestre con cancelli per farvi entrare ivi la luce, e dalla parte di mezzogiorno con il predetto passaggio comune a piano terra di cui la porzione mia vi ho venduto e anche il piano inferiore degli eredi della predetta **sellicte**, nel modo in cui sopra si legge, come delimita tra loro la parete dove é l'anzidetta porta per la quale ivi dovete avere ingresso, e anche il piano inferiore degli eredi della predetta **sellicte** come le chiuse e i segnali delimitano, e dalla parte di oriente é l'anzidetto piano inferiore di cui vi ho venduto le sei once della predetta genitrice mia le quali comprarono il predetto genitore mio con la mia genitrice, nel modo in cui sopra si legge, come tra loro delimita la faccia di una trave maggiore di sostegno che sostiene i capi dei travicelli del pavimento dei predetti piani superiori, precisamente la faccia della trave che é dalla parte di oriente, e dalla parte di occidente confina con la predetta vasca comune, come sopra si legge. E gli anzidetti piani superiori che vi ho venduto, confinano dalla predetta parte settentrionale con le luci da sopra il vicolo e il cortiletto dello stesso **rigi** e dei predetti suoi vicini e dalla parte di mezzogiorno il predetto passaggio comune in alto, nel modo in cui sopra si legge, come tra loro delimita la chiusa dove é la porta propria del piano superiore più grande che vi ho venduto da cui ivi dovete avere ingresso, ma tra il piano superiore più piccolo che vi ho venduto e lo stesso passaggio parimenti delimita il segnale che é vicino all'angolo della porta comune che fa entrare alla predetta vasca

que est secus cantus de regia commune que ingredit at memorata piscina commune ipse denique cantus qui est a parte meridiana et respicit in parte orientis et septemtrionis et qualiter badit in signata longa que est facta in frundale de super regia de oc que vobis venumdedi. etiam ipse anditus communis revolvit ab intus ipsa fine de memoratu cantu in parte septemtrionis et perexiet per eadem regia commune at memoratum atrium de memorata piscina commune. unde simul omnem portione et pertinentia mea vobis venumdedi quantum exinde pertinuit at memorata genitricem mea. set memorata superiora que modo disternita esse videtur que vobis venumdedi est coniuncta da memorata meridiana parte cum superiora disternita de memorati heredes memorate sellicte thie mee sicuti unum travicellum communem exfinat: et a parte orientis coheret modica superiora vestra que vos comparastis per firmissima chartula comparationis vestra da memorata sellicta thia mea et da memorato sergio presbytero et iamdicto petro et anna uterinis germanis exadelphis meis sicuti signate exfinant. et a parte occidentis est memorata piscina et atrium suum simul commune ut super legitur. seu et domum heredes de illu miliacciolum: et memorata inferiora unde ipsas sex uncias memorate genitricis mee vobis venumdedi ut super legitur. iterum coheret sivi a parte horientis domum de ominibus de ferrunianum ut inter se paries exfinat: et a parte hoccidentis memorata inferiora fortiore que vobis iterum venumdedi ut inter se exfinat memorata facie de memoratum trave maiore ut super legitur. et a parte septentrionis memorata curte et trasenda de ipsi rigi et de iamdictis consortibus illorum. et a parte meridiana curte commune et memorata modica superiora unde ipsas sex uncias memorate genitricis mee vobis venumdedi ut super legitur coheret a parte orientis et hoccidentis memoratas superiores vestras. et a parte septemtrionis aheres desuper ipsa curte de ipsi rigi et de ipsis consortibus illorum: De qua nihil mihi exinde aliquod remansit aut reserbabi nec in aliena personas commisi potestatem. et a nunc et deinceps a me vobis sit venumdatum et traditum in vestris vestrisque heredibus sit

comune, infine lo stesso angolo che é dalla parte di mezzogiorno e guarda dalla parte di oriente e settentrione e come va nel segnale lungo che é fatto nel frontale sopra la porta di ciò che vi abbiamo venduto, inoltre lo stesso passaggio comune gira da dentro il confine del predetto angolo dalla parte di settentrione e giunge attraverso la stessa porta comune all'anzidetto atrio della predetta vasca comune, di cui parimenti vi ho venduto ogni porzione e pertinenza per quanto dunque appartenne alla predetta genitrice mia, ma il piano superiore che vi ho venduto, la quale ora risulta essere senza pavimento é adiacente dalla predetta parte di mezzogiorno con il piano superiore senza pavimento degli anzidetti eredi della suddetta **sellicte** zia mia come delimita un travicello comune, e dalla parte di oriente confina con il vostro piccolo piano superiore che compraste mediante vostro fermissimo atto di acquisto dalla predetta **sellicta** zia mia e dal predetto presbitero Sergio e dai già detti Pietro e Anna fratelli uterini, cugini miei, come i segnali delimitano, e dalla parte di occidente é l'anzidetta vasca e il suo atrio del pari comuni, come sopra si legge, e anche la casa degli eredi di quel **miliacciolum**. E il predetto piano inferiore di cui vi ho venduto le sei once dell'anzidetta genitrice mia, come sopra si legge, parimenti confina dalla parte di oriente con la casa degli uomini di **ferrunianum** come tra loro la parete delimita, e dalla parte di occidente con l'anzidetto piano inferiore più grande, che vi ho parimenti venduto, come tra loro delimita l'anzidetta faccia della predetta trave maggiore, come sopra si legge, e dalla parte di settentrione con gli anzidetti cortile e vicolo dello stesso **rigi** e dei predetti loro vicini, e dalla parte di mezzogiorno con il cortile comune. E il predetto piccolo piano superiore di cui le sei once dell'anzidetta genitrice mia vi ho venduto, come sopra si legge, confina dalla parte di oriente e occidente con gli anzidetti vostri piani superiori e dalla parte di settentrione con le luci sopra il cortile dello stessi **rigi** e dei loro vicini. Di cui dunque niente a me rimase o riservai né affidai in potere di altra persona e da ora e d'ora innanzi da me sia venduto e consegnato a voi e sia in potestà vostra e dei vostri eredi di farne quel che vorrete *in modo che* sempre ne abbiate libera facoltà. Né da me predetto Giovanni detto **gitio** con la volontà della

<p>potestatem queque exinde facere volueritis semper liveram habeatis potestatem. et neque a me memorato iohanne qui nominatur gitio cum volumtate memorate marende coniugi mee. neque a nostris heredibus nullo tempore numquam vos memorato petro et anna iugales aut heredes vestris quod absit abeatibus exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personis a nunc et imperpetuis temporibus. Insuper omni tempore ego et heredes mei vobis vestrisque heredibus exinde ab omnis omnes omnique personas in omnibus antestare et defendere debeamus. pro eo quod in presentis accepi a vobis exinde Idest auri solidos decem et septe de tari de amalfi ana quatuor tari per solidos in omnem decisione seu deliberatione: Quia ita inter nobis combenit: Si autem ego aut heredes mei quobis tempore contra hanc chartulam ut super legitur venire presumpserimus et in aliquot offensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis vestrisque heredibus auri solidos triginta quatuor bythianteos. et hec chartula ut super legitur sir firma scripta per manus iohannis curialis per indictione quinta ✕ hoc signum ✕ manus memorati iohanni cum voluntate memorate marende coniugi sue quod ego qui memoratos pro eis subscripsi et memoratos solidos traditos vidi ✕</p> <p>✕ ego gregorius filius domini stefani testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi ✕</p> <p>✕ ego iohannis filius domini iohanni testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi ✕</p> <p>✕ Ego petrus filius domini iohannis testi subscripsi et memoratos solidos traditos bidi ✕</p> <p>✕ Ego iohannis Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata quinta ✕</p>	<p>predetta Marenda coniuge mia né dai nostri eredi in nessun tempo mai voi anzidetti Pietro e Anna, coniugi, o i vostri eredi, che non accada, abbiate dunque mai qualsiasi richiesta o molestia, in nessun modo né tramite persone subordinate, da ora e in perpetuo. Inoltre in ogni tempo io e i miei eredi dobbiamo dunque sostenere e difendere ciò in tutto per voi e per i vostri eredi da tutti gli uomini e da ogni persona, perché in presente ho pertanto accettato da voi diciassette solidi d'oro, ciascun solido di quattro tarenì di amalfi, in ogni decisione e deliberazione. Poiché così fu tra noi convenuto. Se poi io o i miei eredi in qualsiasi tempo osassimo venire contro questo atto, come sopra si legge, e in qualcosa offendessimo in qualsiasi modo o tramite persone subordinate, allora paghiamo come ammenda a voi ed ai vostri eredi trentaquattro solidi aurei bizantei e questo atto, come sopra si legge, sia fermo, scritto per mano di Giovanni curiale per la quinta indizione. ✕ Questo è il segno ✕ della mano del predetto Giovanni, con la volontà della suddetta Marenda coniuge sua, che io anzidetto per loro sottoscrissi e i suddetti solidi vidi consegnati. ✕</p> <p>✕ Io Gregorio, figlio di domino Stefano, come teste sottoscrissi e i suddetti solidi vidi consegnati. ✕</p> <p>✕ Io Giovanni, figlio di domino Giovanni, come teste sottoscrissi e i suddetti solidi vidi consegnati. ✕</p> <p>✕ Io Pietro, figlio di domino Giovanni, come teste sottoscrissi e i suddetti solidi vidi consegnati. ✕</p> <p>✕ Io Giovanni curiale completai e perfezionai per l'anzidetta quinta indizione. ✕</p>
--	---

✠ In nomine sancte et individue trinitatis. Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo sexagesimo septimo. Et septimo Anno Regni domini constantini qui est dux imperatore nostro. mensis november quinta indictione. En ego Iacintus gratia dei episcopus Tertio Anno praesulatus mei sancte sedis Iuvenaciensis ecclesie Clarefacio quoniam iohannes venerabilis sacer et monachus qui et abbas sancti nikolai de loco vetete. lavoravit de proprio suo expendio unam ecclesiam cuius vocabulum est beate et gloriose semperque virginis dei genitricis marie et est videtur ecclesia ipsa in loco valene qui est pertinentia de iam dicta nostra civitate. et diocesis prephati nostri episcopii. Sed enim postquam lavoravit ecclesia ipsa praedictus iohannes sacer et monachus atque abbas in iam dicto loco sicuti dixi de proprio suo expendio. obsecravit me nimium ut pro amore dei allivertarem ego ei ad trasactum ipsa affata ecclesia cum sua pertinentia. Quapropter ego qui supra iacintus episcopus una cum maionem iudicem et advocatorem nostri prephati episcopii. Quam et cum consensu mirando imperiali critis et basilii conclericoni qui et abbas nostri episcopii. et cum leonem archidiaconus. et sifando diaconus et primicerius quam et cum consensu presbiterorum. diaconorum. et clero nostre catholice. per ferulam seu et per hunc videlicet scriptum livertationis mee. Concedo adque adlivertabo tibi supradicto iohanne sacer et monachus atque abbas ipsa prenominata ecclesia cum sua pertinentia. quem sicuti dixi de proprio tuo expendio lavorasti illam in iam dicto loco valene ut superius legitur. In tali hordine adlivertavi tibi ut dixi supradicta ecclesia tua cum sua pertinentia. et cum stabilibus et mobilibus quod ibidem pertinet in iam dicta ecclesia. ut amodo et in antea omnibus temporibus tam tu qui supra iohannes sacer et abbas quam et tuos successores cuius ipsa nominata ecclesia reliqueris aut tuos heredes. licentiam habeatis hordinare in praedicta sancta ecclesia presbiteros et clericos seu monachos undecumque habere potueritis sine omni

✠ Nel nome della santa e indivisibile Trinità. Nell'anno millesimo sessantesimo settimo dall'incarnazione del signore nostro Gesù Cristo e nel settimo anno di regno del signore Costantino che è duca imperatore nostro, nel mese di novembre, quinta indizione. Dunque io Giacinto, per grazia di Dio vescovo, nel terzo anno del mio presulato della santa sede della chiesa **Iuvenaciensis**, dichiaro che Giovanni, venerabile sacerdote e monaco ed anche abate di san Nicola del luogo **vetete**, costruì a proprie sue spese una chiesa il cui nome è della beata e gloriosa e sempre vergine genitrice di Dio Maria e la stessa chiesa risulta essere nel luogo **valene** che è pertinenza della nostra suddetta città e della diocesi del nostro anzidetto vescovado. Ma certamente poiché il predetto Giovanni sacerdote e monaco e abate costruì la stessa chiesa nel già detto luogo, come ho detto, a sue proprie spese mi supplicò grandemente affinché per amore di Dio io affrancassi per lui per accordo la stessa anzidetta chiesa con le sue pertinenze. Pertanto io sopraddetto Giacinto vescovo con Maione giudice e avvocato del nostro predetto vescovado nonché con il consenso di Mirando giudice imperiale e di Basilio grande con chierico ed anche abate del nostro vescovado, e con l'arcidiacono Leone e con Sifando, diacono e primicerio, ed anche con il consenso dei presbiteri, dei diaconi e del clero nostro cattolico, per investitura e anche evidentemente mediante questo mio scritto di affrancazione, concedo e rendo libera per te sopraddetto Giovanni, sacerdote e monaco e abate, la stessa predetta chiesa con le sue pertinenze la quale, come ho detto, a proprie tue spese costruisti nel già detto luogo **valene**, come sopra si legge. In tale ordine ho affrancato per te, come ho detto, la tua anzidetta chiesa con le sue pertinenze e con i beni immobili e mobili che ivi appartengono alla già detta chiesa, che da ora e d'ora innanzi in tutti i tempi tanto tu suddetto Giovanni sacerdote e abate quanto anche i tuoi successori a cui tu lascerai la suddetta chiesa o i tuoi eredi, abbiate licenza di ordinare nella predetta santa chiesa presbiteri e chierici e monaci da dovunque potrete avere senza alcuna richiesta e contrarietà mia e dei miei posteri. E qualsiasi offerta entrerà

requisitione et contrarietate mea meisque posteris contradictione. Et qualemcumque offertionem intraverit in iam dicta ecclesia ut tam vos quam et vestris heredibus vel cui eadem ecclesia admiseritis. potestatem habeatis exinde facere vel hordinare omnia et in omnibus quod volueritis. sine mea meisque posteris contradictione. vel requisitione. et potestatem habeatis in iam dicta ecclesia sonare pulsum aut campana et omni hora ibidem die noctuque facere sicut decet. Et ipsos sacerdotes aut clericos seu monachos qui in iam dicta ecclesia hordinaveritis. nullam licentiam sine probata culpa habeamus nec ego nec meos successores illos exinde remove. aut ipsa ecclesia eis contrare. nec illos excommunicare per nullum ingenium. Nam si ego qui supra iacinthus episcopus aut meos successores de omnia ut legitur superius remove aut contrare quaesierimus tibi qui supra iohanne sacer et monachus atque abbas tuisque heredibus aut cui ipsa ecclesia dederitis. et aliquid exinde subtrahere vel levare voluerimus sive de offertione. sive de boto. vel de quicumque casus quod in iam dicta ecclesia pertinet. per nos aut per summissos nostros pro quocumque ingenio obligata pena subiaceamus ad ipsa iam dicta ecclesia dare vobis solidos ducentos et alios ducentos solidos in domnico. et sic postea pro inbitis observemus ea quae superius legitur. Et quam enim scriptum concessionis seu livertationis mee in supradicta ratione omni tempore firmum et stabile permaneat. Quam te supradictus leonem archidiaconus qui et primiscrinus. taliter scribere iussi intus praedicta civitate anno mense et indictione nominata pro eo quod intus fuisti et consentisti et propriis manibus meis hic me testavi.

✠ Iacinthus qui supra gratia domini episcopus sancte sedis iubenaciensis ecclesie

✠ Mirandus qui supra quicquid sum

✠ Maio qui supra imperiali critis et advocator

✠ Sifandus qui supra diaconus et primicerius ego:

✠ Sikynolfus presbiter teste:

nell'anzidetta chiesa tanto voi quanto i vostri eredi o quelli a cui la stessa chiesa affiderete abbiate potestà dunque di fare o ordinare ogni cosa e in tutto quello che vorrete senza alcuna contrarietà o richiesta mia e dei miei posteri. E abbiate facoltà nell'anzidetta chiesa di battere o suonare la campana e ivi di svolgere ogni funzione sacerdotale giorno e notte come é opportuno. E i sacerdoti o chierici o monaci che avrete ordinato nella predetta chiesa né io né i miei successori abbiamo dunque alcuna licenza senza colpa provata di rimuoverli o di contestare a loro la chiesa né si scomunicarli per nessun motivo. Infatti, se io suddetto vescovo Giacinto o i miei successori a riguardo di tutte le cose come sopra si legge cercassimo di annullarle o contrastarle per te suddetto Giovanni sacerdote e monaco e abate e per i tuoi eredi o per quelli a cui avrai dato la chiesa e pertanto di sottrarre o togliere qualcosa sia delle offerte sia dei voti o di qualsiasi cosa che appartenesse alla predetta chiesa, tramite noi stessi o tramite nostri subordinati, con qualsiasi artificio soggiaciamo per obbligo alla pena di dare alla stessa anzidetta chiesa, a voi duecento solidi e altri duecento solidi come tributo dominicale e così per il futuro anche contro volontà osserviamo quanto sopra si legge. E senza dubbio il mio atto di concessione e affrancamento rimanga nella suddetta ragione in ogni tempo fermo e stabile rimanga. Il quale a te anzidetto Leone, arcidiacono ed anche primo scriniario, in tal modo ordinai di scrivere dentro la predetta città nell'anno, nel mese e nell'indizione menzionati, per quanto hai partecipato e acconsentito, e con le mie proprie mani questo io sottoscrissi.

✠ Giacinto anzidetto, per grazia del Signore vescovo della santa sede della chiesa **iubenaciensis**.

✠ Io Mirando anzidetto per quel che sono.

✠ Maione anzidetto, giudice imperiale e avvocato.

✠ Io anzidetto Sifando, diacono e primicerio.

✠ **Sikynolfus** presbitero testimone.

Note:

(A) Novembre della quinta indizione corrisponde all'anno 1066. L'anno 1067 riportato nel testo è calcolato con il metodo greco.

✧ In nomine domini amen. Anno dominice incarnationis millesimo sexagesimo octavo et vicesimo nono anno principatus donni landulfi Gloriosissimi principis mense decembris quarta indictione. Dignum est ut ea que inter homines contrahuntur redigantur in scriptis ne propter memoriam hominum que ad dilabendum facilis invenitur detur in posterum partibus materie litigandi unde coram me Iudice petro Castri Casalfani pro eo tempore eiusdem castri Iudice et Notario Robberto eiusdem castri puplico notario et testibus infrascriptis rogatis inrogatis. licteratis et illicteratis. et ad hoc specialiter convocatis. Nobles viri anihelo et raynaldus domini castri casalfani bona et gratuita voluntate et pro redeptione animarum suarum parentumque suorum adelberto venerabili abbati monasterii sancti petri in planisio et conventui eiusdem pro parte et nomine dicti monasterii donant. offerunt. et concedunt. Ecclesiam sancti Laurentii sitam in territorio castri casalfani sine contradictione archiepiscopi benentani. archipresbyteri et clericorum castri casalfani. sine contradictione eorum et illorum heredum et sine cuiusque requisitione cum omnibus pertinentiis suis. terris. tenementis proventibus et redditibus ipsi ecclesie per confines inferius designatas in perpetuum ad habendum. tenendum. et possidendum et usufruendum. tanquam verus et legitimus dominus. habere. tenere et possidere. et usufrui potest et debet. Fines predictorum sunt Hii. In primis dictam ecclesiam sita est in loco qui dicitur planities sancti laurentii. cuius possessiones confinant hiis finibus et mensuris. A capite est vinea domini simeonis et per capud vinee cesarii et vadit per fines terre zorobabelli quam dedit sancto Laurentio. et vadit per litem ipsius usque ad capud vicende valli iohannis regii et vadit usque ad fontem de serra. deinde venit per viam de supra et descendit per paludes et valle que sunt ultra russulam. et deinde vadit intra laus descendens in vallonem qui est terminus inter territorium castri macde et territorium castri casalfani. deinde venit usque in viam publicam que

✧ Nel nome del Signore, amen. Nell'anno millesimo sessantesimo ottavo (→ quinto) (A) dell'incarnazione del Signore e nel ventesimo nono anno di principato del signore Landolfo gloriosissimo principe, nel mese di dicembre, quarta indizione. E' giusto che quelle cose che si stabiliscono tra gli uomini siano redatte per iscritto affinché a causa della memoria umana che facilmente si cancella non sia data in futuro alle parti materia per litigare. Pertanto davanti a me giudice Pietro del castro **Casalfani**, giudice attuale dello stesso castro, e a Roberto notaio, pubblico notaio dello stesso castro, e ai testimoni sottoscritti, richiesti e non richiesti, letterati e non letterati, e a ciò specialmente convocati, i nobili uomini Aniello e Rainaldo, signori del castro **casalfani**, con spontanea e disinteressata volontà e per la redenzione delle anime delle anime loro e dei loro genitori, donano, offrono e concedono a Adelberto, venerabile abate del monastero di san Pietro in **planisio**, e al suo convento per la parte e in nome del detto monastero, la chiesa di san Lorenzo, sita nel territorio di castro **casalfani**, senza obiezioni dell'arcivescovo **benentani**, dell'arcipresbitero e dei chierici del castro **casalfani**, senza obiezioni di loro e dei loro eredi e senza qualsiasi richiesta, con tutte le sue pertinenze, terre e poderi, con i proventi e redditi della stessa chiesa per i confini sotto descritti in perpetuo affinché li abbiano, tengano e possiedano e ne usufruiscano così come il vero e legittimo possessore può e deve avere, tenere e possedere e usufruirne. Questi sono i confini delle cose predette. Innanzitutto la detta chiesa é sita nel luogo chiamato **planities sancti laurentii** di cui i possedimenti hanno questi confini e misure. Da un capo é la vigna di domino Simeone, e per il capo della vigna di Cesario va anche per i confini della terra di **zorobabelli** che diede a san Lorenzo, e va per il suo confine fino al capo della vigna **valli iohannis regii** e va fino alla sorgente **de serra**, di qui viene per la via di sopra e scende per la palude e la valle che sono oltre **russulam**, e di qui va entro **laus** discendendo nel vallone che é confine tra il territorio di castro **macde** e il territorio di castro **casalfani**, di qui viene fin sulla via pubblica che va dal castro di

vadit a castro casalfani ad castrum macde et per ipsam viam venit usque ad locum qui dicitur vineales et per capud de ipsis
. vadit usque ad caput vinee domini dardani et inde venit per capud vinee gualteri de orlando et sic ipse finis redit in priorem finem et extra confines praedictos petia una terre est in loco qui dicitur altemmanni. ab una parte est terra mathei de rustico. ab alia parte est terra magistri clementis. alia petia terre est in loco qui dicitur macde. ab una parte est terra cesarii ab alia parte est terra de bernardo. alia terra est in loco qui dicitur radeta sub via. ab una parte est terra iohannis de matheo. ab alia parte est via publica. alia terra est in loco qui dicitur ripa corvaria ab una parte est terra ab alia parte est ipsa ripa corvaria quam dictam ecclesiam cum pertinentiis suis tenimentis terris cultis et incultis proventibus et redditibus supradictis predicti domini castri casalfani anihelo et raynaldus prenominato abbati et conventui predicto pro parte et nomine dicti monasterii donant. offerunt et concedunt libere et absolute sine sua heredumque suorum ac successorum suorum contrarietate. Et ut hec chartula eorum donationis concessionis et confirmationis firma et stabilis permaneat in perpetuum obligarunt se qui supra anielus et raynaldus eam defendere et antistare et eorum heredes et successores contra omnes personas inferentes molestiam eisdem ipsi qui si defendere noluerint eorum heredes et successores aud hoc remove vulerint componant quingentos soldos constantinos medietatem ipsorum regali curie et alteram medietatem iamdicto monasterio cartula tamen firma et in perpetuum valitura et predicti domini anyelus et raynaldus rogaverunt adelbertum venerabilem abbatem prefati monasterii in cuius manibus hec. confirmarunt ut ipsi vel eorum heredes aud eorum successores retornare aut remove quesierit facerent excommunicationem. Ego qui supra adelbertus indignus abbas cum omnibus fratribus nostris excommunicamus maledicimus atque anathematizamus ex parte dei patris ei beate marie semper virginis et beati michaelis archangeli et beati petri apostolorum principis et omnium sanctorum omnes qui predictam confirmationem et

casalfani al castro di **macde** e per la stessa via viene fino al luogo detto **vineales** e per il capo degli stessi va fino al capo della vigna di domino Dardano, e di qui viene per il capo della vigna di Gualtiero **de orlando**, e così il confine ritorna al primo confine. E al di fuori dei predetti confini un pezzo di terra nel luogo detto **altemmanni**, da una parte é la terra di Matteo **de rustico**, dall'altra parte é la terra di mastro Clemente. Un altro pezzo di terra é nel luogo detto **macde**, da una parte é la terra di Cesario, dall'altra parte é la terra di Bernardo. Un'altra terra é nel luogo detto **radeta sub via**, da una parte é la terra di Giovanni **de matheo**, da un'altra parte é la via pubblica. Un'altra terra é nel luogo detto **ripa corvaria**, da una parte é la terra, dall'altra parte é la stessa **ripa corvaria**. La quale predetta chiesa con le sue anzidette pertinenze, poderi, terre coltivate e non coltivate, proventi e redditi, i suddetti signori di castro **casalfani** Aniello e Rainaldo, donano, offrono e concedono liberamente e senza vincoli al prenominato abate e al predetto convento per la parte e in nome del detto monastero, senza alcuna contrarietà loro e dei loro eredi e successori. E affinché questo atto della loro donazione, concessione e conferma rimanesse fermo e stabile in perpetuo, i suddetti Aniello e Rainaldo presero obbligo per sé e per i loro eredi e successori a difenderla e sostenerla contro tutte le persone che dessero loro molestia. I loro eredi e successori se non volessero difenderla o se volessero revocarla, paghino come ammenda cinquecento solidi di Costantinopoli, metà alla regia curia e l'altra metà al predetto monastero, l'atto tuttavia *sia* fermo e in perpetuo valido. E i predetti domini Aniello e Rainaldo chiesero a Adelberto, venerabile abate del predetto monastero, nelle cui mani confermarono queste cose, di far scomunicare essi stessi o i loro eredi o successori se volessero revocarle o annullarle. Io suddetto Adelberto, indegno abate, con tutti i nostri fratelli scomuniciamo, malediciamo e colpiamo con anatema da parte di Dio Padre e della beata Maria sempre vergine e del beato Michele arcangelo e del beato Pietro principe degli apostoli e di tutti i santi, tutti quelli che cercheranno di annullare la predetta conferma e donazione o tentassero di diminuirla e la loro sorte sia con Giuda traditore finché non daranno

<p>donationem dirumpere quesierit vel minuere temptaverit. et portio eius fiat cum iuda traditore donec satisfecerit et emendaverit. Et ut huic scripture fides plenius habeatur. Ego predictus iudex petrus de mandato et ad preces partium predictarum per manus predicti notarii Robberti feci redigi hoc presens scriptum in puplicum documentum. quod ego robbertus puplicus castri casalfani notarius mandato dicti iudicis petri de voluntate et consensu partium utriusque partis precibus et mandato scripssi et meo solito signo signavi actum in castro casalfani sollepniter sub anno mense et indictione pretitulatis</p> <p>✕ Ego petrus iudex testis sum et signum ✕ feci</p> <p>✕ Ego iohannes de nicola testis sum et signum ✕ feci</p> <p>✕ Ego rao filius iohannis testis sum et signum ✕ feci</p> <p>✕ Ego guillelmus de benedicto testis et signum ✕ feci</p> <p>✕ Ego marinus de iacobo testis et signum ✕ feci</p>	<p>soddisfazione e si saranno emendati. E affinché si abbia più piena fede in questo atto, io predetto giudice Pietro per mandato e per le preghiere delle predette parti, per mano del predetto notaio Roberto feci redigere questo presente atto in pubblico documento che io Roberto, pubblico notaio del castro di casalfani, per comando del detto giudice Pietro con la volontà e il consenso delle parti, per le preghiere e il mandato di entrambe le parti scrissi e con il mio solito segno contrassegnai. Redatto nel castro di casalfani solennemente nell'anno, nel mese e nell'indizione sopraindicati.</p> <p>✕ Io Pietro giudice sono testimone e il segno ✕ feci.</p> <p>✕ Io Giovanni de nicola sono testimone e il segno ✕ feci.</p> <p>✕ Io Rao, figlio di Giovanni, sono testimone e il segno ✕ feci.</p> <p>✕ Io Guglielmo de benedicto sono testimone e il segno ✕ feci.</p> <p>✕ Io Marino de iacobo sono testimone e il segno ✕ feci.</p>
---	---

Note:

(A) Il dicembre del 1068 corrisponde alla VII indizione e al 31° o 32° anno del principato di Landolfo a Benevento. Correggendo l'anno a 1065, l'indizione è corretta e il 29° anno di principato di Landolfo è ammissibile.

✧ **In nomine domini dei salvatoris nostri ihesu christi dei eterni: octavo anno comitatus domini riccardi gloriosi francorum comes in urbe averse: et duodecimo anno principatu eius capue. cum domino iordano filio eius mense february obtava indictione: ideoque ego rainaldo filio quondam asgocti vicicomiti qui fuit ex genere francorum et ego suprascripto rainaldo per absolute et voluntarie de domino ubberto franco qui nominatur de illum episcopum: A presenti die promptissima boluntate pro amore dei omnipotenti: et beati blassii christi confessoris qui constructum est iusta averse: et pro redemptione anime mee seum et pro redemptione anime de suprascripto genitori meo: ut aput deus omnipotens in futuro seculo requiem et adiutorium imbenire possamus: Offero atque in presentis trado in suprascripto sancto monasterio: ipsius ecclesie idest integra una petia de terra mea qui mihi pertinet per donatione a parte de suprascripto seniori meo: que abeo in iulianu maiores: et ipsa petia de terra nominatur accesa romanum: et est per mensura per passi modia quattuor: qui avet finis: unum latu tenet in terra de ecclesie sancti agneli christi confessoris qui constructum est intus neapoli: et alium latu tenet in terra de balcolino franco. et de petro cui super nomen zancone. unum capu tenet in terra de dominico de pardi et alium capu tenet in terra de suprascripto balcolino: Hec autem predicta petia de iamdicta terra qualiter per suprascriptas coherentias illas circumdant una cum omnia intro habentibus subter vel super: et cum via sua ibidem intrandi et exiendi cuncta et integra ab odierna die et deinceps a me cum boluntate suprascripto seniori meo siat offertum et traditum in suprascripto sancto monasterio sancti blassii: ad abendum et possidendum illos in sempiternum: et neque a me suprascripto rainaldo cum boluntate de iamdicto seniori meo: neque a nostris posteris vel a nostris heredibus: de suprascripta petia de iamdicta terra sicut superius legitur que in suprascripto sancto monasterio offertum habemus: ipso sancto monasterio. et abbatissa qui ibidem regunt: non abeat quacumque**

✧ **Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo Dio eterno, nell'ottavo anno quale conte del signore Riccardo glorioso conte dei Franchi nella città di **averse** e nel dodicesimo anno del suo principato di **capue** insieme al signore Giordano suo figlio, nel mese di febbraio, ottava indizione. Dunque io Rainaldo, figlio del fu **asgocti** visconte che fu della stirpe dei Franchi, e io soprascritto Rainaldo con il permesso e la volontà di domino Uberto franco detto **de illum episcopum**, dal giorno presente con prontissima volontà per amore di Dio onnipotente e del beato Biagio confessore di Cristo *la cui chiesa* è costruita vicino **averse** e per la redenzione dell'anima mia e per la redenzione dell'anima del soprascritto genitore mio, affinché possiamo trovare pace e aiuto nel futuro secolo presso Dio onnipotente, offro e in presente consegno all'anzidetto santo monastero della stessa chiesa, vale a dire per intero un pezzo di terra mia, che mi appartiene per donazione da parte del soprascritto mio signore e che ho in **iulianu maiores**. E lo stesso pezzo di terra è detto **acesa romanum** ed è di misura per passi moggia quattro ed ha come confini: un lato tiene nella terra della chiesa di sant'Aniello confessore di Cristo che è costruita dentro **neapoli**, e l'altro lato tiene nella terra di **balcolino franco** e di Pietro soprannominato Zancone, un capo tiene nella terra di Domenico **de pardi** e l'altro capo tiene nella terra del soprascritto **balcolino**. Inoltre questo predetto pezzo della suddetta terra come gli anzidetti confini la circondano con tutte le cose che entro vi sono sotto o sopra e con la sua via per entrare e uscire, tutto e per intero dal giorno odierno e d'ora innanzi da me con la volontà del mio suddetto signore sia offerto e consegnato al predetto santo monastero di san Biagio affinché lo abbia e possieda per sempre. Né da me predetto Rainaldo con la volontà del mio suddetto signore né dai nostri posteris o dai nostri eredi a riguardo del soprascritto pezzo della predetta terra, come sopra si legge, che abbiamo offerto al predetto santo monastero, allo stesso santo monastero e alla badessa che ivi presiede, non abbia qualsiasi richiesta o molestia in nessun modo né tramite persone subordinate da ora e per sempre. Inoltre in ogni tempo noi e i nostri**

requisitione aut molestia per nullum modum: nec per summissas personas a nunc et imperpetuis temporibus: Insuper omni tempore nos et posteris nostris in suprascripto sancto monasterio suprascriptam petiam de iamdicta terra qualiter superius legitur defendere debeamus ab omnis homines omnique persona: et si ego suprascripto rainaldo aut meos seniores vel nostris posteris aut quavis persona hominum suprascriptam petiam de iamdicta terra qualiter per suprascriptas coherentias illas circumdant: de suprascripto sancto monasterio illas subtrahere aut alienare boluerit: abeat maledictionem ab omnipotenti deo: et a trecentorum decem et octo patrum partemque abeat cum anna et cayfa et cum iuda traditore domini nostri ihesu christi: et aperiat terra et eglutiat eum: quomodo fecit de dathan et abiron: Insuper ista maledictio siat componiturus in suprascripto sancto monasterio auri solidos centum bizanteos: et hec cartula offertionis qualiter continet sit firma permaneat: imperpetuum Et te petrus diaconus et notarius scribere rogavimus actum averse per suprascripta indictione: Hoc signum manum a suprascripto rainaldo cum boluntate de suprascripto seniori suo ab eis rogatus pro eo subscripsi:

✠ Ego adenolfus presbyter testi subscripsi
 ✠ ✠ ✠
 ✠ Ego iohannes presbyter ✠ ✠ ✠
 ✠ Ego sici ✠ ✠ ✠

posteris dobbiamo difendere da ogni uomo e da ogni persona per il soprascritto santo monastero l'anzidetto pezzo della menzionata terra, come sopra si legge. E se io anzidetto Rainaldo o i miei signori o i nostri posteris o qualsiasi persona umana il soprascritto pezzo della menzionata terra, come gli anzidetti confini la delimitano, volessimo sottrarre al suddetto santo monastero o darla ad altri, abbia la maledizione da Dio onnipotente e da trecentodieci e otto Padri, condivida la sorte con Anna e Caifa e con Giuda traditore del Signore nostro Gesù Cristo e si apra la terra e lo inghiotti come fece con Dathan e Abiron. Oltre a questa maledizione paghi al soprascritto santo monastero cento solidi aurei bizantei e questo atto di offerta per quanto contiene sia fermo in perpetuo e a te Pietro, diacono e notaio, chiedemmo di scrivere. Redatto in **averse** per l'anzidetta indizione. Questo segno della mano del soprascritto Rainaldo con la volontà del predetto signore suo, richiesto da lui, per lui sottoscritti.


✠ Io Adenolfo presbitero come teste sottoscritti. ✠ ✠ ✠
 ✠ Io Giovanni presbitero. ✠ ✠ ✠
 ✠ Io sici ✠ ✠ ✠

✧ IN NOMINE DOMINI SALVATORIS NOSTRI IHESU CHRISTI DEI ETERNI: IORDANUS DIVINA ORDINANTE PROVIDENTIA CAPUANORUM PRINCEPS PETITIONI DILECTI SUI CLEMENTER FAVET. Igitur fidelium nostrorum presentium ac futurorum noverit multitudo. qualiter ob amorem dei et salutem anime nostre. quam etiam et pro salute genitoris ac genitricis nostre. magne recordationis principis richardi et fredessinde. damus Concedimus ac Confirmamus monasterio sancti laurentii levite et martiris christi qui dicitur ad septimum cui dominus rainaldus venerabilis abbas preest Videlicet startiam que dicitur de ceraso quam heredes ugonis blanci dederunt eidem monasterio sancti laurentii qui et dicitur de aversa. et ortos et curtisanos qui sunt prope muros averse sicut Ugo blancus dedit predicto monasterio. In quibus ortis liceat abbatibus prioribus et rectoribus ipsius monasterii homines coadunare et habitationem hominum facere si voluerint. de quibus hominibus si illic ad habitandum venerint omne servitium. et censum et dationes publicalia et scaditiones. et alia omnia que parte rei publice facere et persolvituri essent quocumque modo prefato monasterio Concedimus et viridiarum quod est iuxta forum de die sabbati. et lacum patriensem cum lintribus et paraturis et piscationibus et universis pertinentiis suis et monasterium sancti blasii quid est prope prescriptum monasterium cum hominibus et pertinentiis suis. Remota omni inquietudine vel molestatione cuiuscumque iudicis Comitum castaldei et omnium mortalium persone. Quod si quislibet hominum magna vel parva persona Contra hanc nostri precepti firmitatem agere presumpserit. aud eius violator in quocumque fieri temptaverit sciat se compositurum auri purissimi libras quinquaginta medietatem nostre camere. et medietatem prefato monasterio. dominoque abbati suisque successoribus. et soluta pena huius nostre Concessionis et confirmationis hoc scriptum munitum firmum et stabile maneat in perpetuum. Ut autem hec nostre

✧ NEL NOME DEL SIGNORE SALVATORE NOSTRO GESU' CRISTO DIO ETERNO. GIORDANO PER VOLONTA' DELLA DIVINA PROVVIDENZA PRINCIPE DEI CAPUANI BENIGNAMENTE ACCONSENTE ALLA PETIZIONE DI UN SUO DILETTO. Dunque sappia la moltitudine dei nostri fedeli presenti e futuri come per amore di Dio e per la salvezza della nostra anima ed anche per la salvezza del nostro genitore principe Riccardo di grande ricordo e della nostra genitrice **fredessinde**, diamo, concediamo e confermiamo al monastero di san Lorenzo levita e martire di Cristo detto **ad septimum** che è retto da domino Rainaldo, venerabile abate, una starza detta **de ceraso** che gli eredi di Ugone Blanco diedero allo stesso monastero di san Lorenzo, che anche è detto di **aversa**, e gli orti e gli abitanti delle corti che sono vicino alle mura di **averse** come Ugone Blanco diede al predetto monastero. Nei quali orti sia lecito, se lo volessero, agli abati, ai priori e rettori dello stesso monastero di radunare uomini e di fare abitazioni per gli uomini e per tali uomini se lì venissero ad abitare ogni servizio e tributo e dazione, imposta e confisca e tutte le altre cose che dalla parte della cosa pubblica debbono essere fatte e pagate in qualsiasi modo concediamo al predetto monastero e il giardino che è vicino alla piazza del giorno di sabato e il lago **patriensem** con le lontre e le parature e i diritti di pesca e tutte le loro pertinenze e il monastero di san Biagio che è vicino al predetto monastero con gli uomini e le sue pertinenze, rimossa ogni inquietudine o molestia di qualsiasi giudice, conte, gastaldo e di tutte le persone mortali. Poiché se qualsiasi uomo, piccola o grande persona, osasse agire contro questa fermezza del nostro precetto o tentasse di essere suo violatore in qualsiasi modo, sappia che dovrà pagare come ammenda cinquanta libbre di oro purissimo, metà alla nostra Camera e metà al predetto monastero e al domino abate ed ai suoi successori, e assolta la pena questo atto di questa nostra concessione e conferma rimanga solido, fermo e stabile in perpetuo. Affinché poi questo atto della nostra concessione e conferma

Concessionis et confirmationis pagina firmitus credatur et ab omnibus observetur. manu nostra propria eam Corroborabimus nostrique sculpiri annuli iussimus impressione.

più fermamente sia creduto e più diligentemente da tutti sia osservato, con la nostra mano propria lo abbiamo rafforzato e comandammo che fosse impresso il segno del nostro anello.



EX IUSSione Prefate Serenissime potestatis scriptum per manus Cansolini in anno tertiodecimo principatus ipsius domini Iordanis et octavo anno ducatus eius

Per ordine della predetta serenissima potestà scritto per mano di Cansolino nell'anno tredicesimo di principato dello stesso signore Giordano e nell'ottavo anno del suo ducato.



DAT Pridie idus iunii anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi M septuagesimo PER indictionem octavam.

Dato il giorno precedente le Idi di giugno (A) nell'anno millesimo settantesimo dall'incarnazione del Signore nostro Gesù Cristo, ottava indizione.

Note:


(A) 12 giugno.

---	---

<p><i>historica de cathedralis Ecclesiae ec. vicibus pag. 161. n. 63).</i></p>	
<p>(2) Sacram vestem <i>orarii</i> nomine significatam fuisse arbitramur, quae hodie <i>Stola</i> appellatur. Si vetustissimus vocis <i>Orarii</i> usus spectetur, exploratum habeamus oportet huiusmodi vocem ad lineum significandum fuisse usurpatam, quod <i>sudarium</i> etiam, <i>strophium</i>, atque <i>lindeolum</i> veteres nuncupabant, quodque ad faciem abstergendam destinabatur. Hoc quidem Vopiscus in Aureliani Imperatoris vita hisce verbis testatur: <i>Sciendum tamen congiaria illum ter dedisse, donasse etiam populo romano tunicas albas manicatus ex diversis provinciis, et tunicas Afras et Aegyptias; ipsumque primum donasse oraria populo romano, quibus uteretur ad favorem.</i> Orarium vero majorem longitudinem, quam latitudinem praeseferebat, ita ut ipsius forma fasciam omnino repraesentaret, sicuti Casauboni ad F. Vopiscum additamenta luculentissime ostendunt. Per sequiora deinceps tempora huiusmodi vocem, ex longitudine sua, ad presbyteri stolam denotandam adhibitam fuisse comperimus, ut in errorem incidisse Casaubonus videatur, qui <i>manipulum</i> presbyteri brachio adligatum <i>Orarii</i> vocem significasse autumaverit. Et re sane vera ea, quam innuimus, notione apud mediae latinitatis scriptores fere semper occurrit, quorum duos dumtaxat heic producemus, Honorium Augustodunensem scilicet, atque Rabanum Maurum. Alter sic loquitur (<i>lib. 1. c. 104</i>): «Deinde circumdat collum suum stola, quae et Orarium dicitur». Alter vero ita scriptum reliquit: (<i>lib. 1. c. 19</i>): «Quintum est quod Orarium dicitur, licet hoc quidam stolam vocent». Ex quibus postremis verbis illud sane elicitur, per inferiora tempora <i>Orarii</i> vocem hanc presbyteri vestem denotasse, cum antea sola <i>lindeoli</i> vel <i>sudarii</i>, vel <i>strophii</i> significatio ei subesset. Atque prima <i>orarii</i> mentio, quatenus stolam denotaret, nobis occurrere videtur in Divi Castrensis actis a Michaele Monacho primum in <i>Sanctuario Capuano</i> in lucem emissis, quae postea ex Monachi editione, et aliis duobus Mss. correctiora reducit Henschenius. De quibus quidem actis illud erit animadvertendum, ea saeculo VI. recentiora esse non posse, quippe cum s. Castrensem medio V. saeculo martyrii palmam retulisse in comperto sit, et actorum ejus scriptor testetur se cum iis sermonem habuisse, qui martyrem de facie noverant. Quamobrem dicendum est, post ipsorum actorum tempus <i>Stolae</i> vocem ad presbyteri vestem significandam apud scriptores obtinuisse.</p>	<p>(2) La veste sacra denominata <i>orarium</i> riteniamo che indicasse quella che oggi è chiamata <i>Stola</i>. Se è considerato l'antichissimo uso del termine <i>Orarium</i>, è necessario che riteniamo come accertato che un tale termine fu usato per indicare il <i>lineum</i>, che gli antichi chiamavano anche <i>sudarium</i>, <i>strophium</i>, e <i>lindeolum</i>, e che era usato per asciugare il viso. Ciò invero attesta Vopiscus nella vita dell'Imperatore Aureliano con queste parole: “E’ da sapere tuttavia che quello diede tre distribuzioni di generi alimentari, donò anche al popolo romano tuniche con lunghe maniche bianche da diverse province, e tuniche Africane ed Egiziane; e lo stesso innanzitutto donò oraria al popolo romano, dei quali esso faceva uso con piacere”. L’<i>orarium</i> invero mostrava lunghezza maggiore della larghezza, così che la forma dello stesso del tutto imitava un fascia, come le aggiunte di Casaubon a Flavius Vopiscus mostrano assai chiaramente. Nei tempi successivi un tale termine, per la sua lunghezza, riteniamo che fu impiegata per indicare la stola del sacerdote, cosicché sembra che cadde in errore Casaubon, il quale sostenne che il termine <i>orarium</i> denotava il <i>manipulum</i> legato al braccio del sacerdote. E invero certamente quasi sempre occorre con quel significato che abbiamo accennato presso gli storici della media latinità, dei quali solo due qui presentiamo, vale a dire Onorio di Autun, e Rabano Mauro. L’uno così dice (libro 1, c. 104): “Di poi avvolge il suo collo la stola, che anche è detta Orarium”. L’altro invero così lasciò scritto: (libro 1, c. 19): “Il quinto è quello che è detto orarium, benché alcuni lo chiamano stola”. Dalle quali ultime parole certamente si ricava che nel Medioevo il termine <i>orarium</i> indicava questa veste del sacerdote, mentre prima aveva il solo significato di <i>lindeolum</i>, o <i>sudarium</i>, o <i>strophium</i>. E la prima menzione dell’<i>orarium</i> per denotare la stola ci sembra occorrere negli atti di s. Castrense, per la prima volta portati alla luce da Michele Monaco in <i>Sanctuarium Capuanum</i>, che Henschen poi dalla edizione di Monaco, e da altri due manoscritti ricavò cose più corrette. A riguardo dei quali atti invero si dovrà osservare che non possono essere più recenti del secolo VI, certamente poiché è accertato che s. Castrense conseguì la palma del martirio nella metà del V secolo, e lo scrittore dei suoi atti attesta di aver parlato con quelli che avevano conosciuto il martire di persona. Pertanto bisogna dire che dopo l’epoca di tali atti il termine <i>stola</i> prevalse fra gli scrittori per indicare la veste del sacerdote.</p>

✠ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi. Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno septimo. die octava mensis aprilis indictione undecima neapoli: Motitia redum inventaneum factum a me stephanus presbyterum filium quondam domini dometi presbyteri qui fuit parammonerium memorate venerabilis ecclesie et ego custus esse videor de ecclesia beatissimi petri christi apostoli que appellatur at paternum. de codicibus et ornamentis qui sunt de memorata ecclesia sancti petri quos ego recepi at conserbandum et salbu faciendum at memorata ecclesia cuntis diebus vite meae et post meum transitum quidem iohanne filio meo cuntis diebus vite sue si ipse clericus aut presbyter fuerit. a vobis cunta congregationis monachorum sanctorum sergii et vachii qui nunc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in biridiarium cuius iure ipsa ecclesia sancti petri esse videtur et ego da vobis et da ipso vestro monasterio. ipsa ecclesia cum suis omnibus pertinentiis apprensam abeo at detinendum et dominandum seu frugiandum cuntis diebus vite meae et post meum transitum memorato iohanne filio meo si ipse presbyter aut clericus fuerit pro omnem ordine et tenore sicuti continet firmissima chartula ordinationis que inter nos facere abemus. et est nominatibe. idest una campana crea. et una planeta de linum cum atmictum et orarium et manitergulum suum et calice de stagnum cum patina sua et unu cammisum cum unu cinculum de sericum. et unu liber comite da missa qui incipit da ventum domini et badit per circuitum annum. et unu tefonarium de nocte et est notatum et decem et octo guaterni de lumarium et tres guaterni de cantare de illa trinitate. et dui guaterni de cantare de illa edificatione. et unu guaternu de legere sancti petri. et tres guaterni de legere sancti andree et quatuor guaterni de legere sancti tioti una et de legere sanvti pannutum. et duos guaterni de in proprium de veneri die. hec autem memorati codicibus et hornamentis qui sunt de memorata ecclesia vestra sancti petri quos ego a vobis recepi: ego cuntis diebus vite

✠ Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nel settimo anno di impero del signore nostro Alessio grande imperatore, nel giorno ottavo del mese di aprile, undicesima indizione, **neapoli**. Notizia dell'inventario fatto da me Stefano presbitero, figlio del fu domino **dometi** presbitero, già custode della sottoscritta venerabile chiesa, e io risulto essere custode della chiesa del beatissimo Pietro apostolo di Cristo chiamata **at paternum**, dei codici e degli ornamenti che sono della predetta chiesa di san Pietro che io ho ricevuto per conservare e mantenere sicuri per la predetta chiesa per tutti i giorni della mia vita, e dopo il mio trapasso invero Giovanni figlio mio per tutti i giorni della sua vita se lo stesso sarà chierico o presbitero, da voi intera congregazione dei monaci *del monastero* dei santi Sergio e Bacco, che ora è congregato nel monastero dei santi Teodoro e Sebastiano chiamato **casapicta** sito in **biridiarium**, di cui di diritto risulta essere la stessa chiesa di san Pietro, e io da voi e dallo stesso vostro monastero ho presa la stessa chiesa con tutte le sue pertinenze per tenerla e dominarla e goderne i frutti per tutti i giorni della mia vita e dopo il mio trapasso il predetto Giovanni figlio mio, se lo stesso sarà presbitero o chierico, in ogni ordine e tenore come contiene il fermissimo atto di ordinazione che tra noi dovemmo fare. Ed é in dettaglio: una campana di bronzo, e una pianeta di lino con amitto e stola e il suo manipolo, e un calice di stagno con la sua patena, e un rocchetto con una fascia di seta, e un lezionario per la messa che incomincia dalla venuta del Signore e va per l'intero anno, e un antifonario per le funzioni notturne ed é annotato, e diciotto quaderni di contrizione, e tre quaderni da cantare della Trinità, e due quaderni da cantare sull'edificazione, e un quaderno da leggere di san Pietro, e tre quaderni da leggere di sant'Andrea, e quattro quaderni da leggere di san **tioti**, uno anche da leggere di san Pannuzio, e due quaderni propri del venerdi. Peraltro questi predetti codici e ornamenti che sono della vostra predetta chiesa di san Pietro che io ho ricevuto da voi, io per tutti i giorni della mia vita e dopo il mio trapasso il predetto Giovanni figlio mio, se lo stesso sarà chierico o presbitero, li dobbiamo avere e conservare e in tutto mantenere intatti per

<p>meae et post meum transitum memorato iohanne filio meo si ipse clericus aut presbyter fuerit. illud abere et conserbare et in omnibus at memorata ecclesia vestra illud salbum facere debeamus. post autem transitum de illum qui ex nobis posteam obierit tunc illud rebertant et sit de memorata ecclesia vestra asque omni atmaricatione quale tunc fuerit inveteratum. et ipsa ecclesia vestra cum suis omnibus pertinentiis rebertant in vestra posterisque vestris et de memorato vestro monasterio cuius iure esse videtur sicuti per ipsa firmissima chartula ordinationis statutum abemus. Quia ita nobis stetit. Si autem et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissas personas tunc componimus vobis et at memorata ecclesia vestra auri solidos sexaginta bythianteos. et hec chartula de inventaneum ut super legitur sit firma scripta per manus petri curialis quem scribere rogatus per indictione memorata undecima ✘</p> <p>✘ stefanus presbyter subscripsi ✘</p> <p>✘ ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi ✘</p> <p>✘ ego stefanus filius domini stefani testi subscripsi ✘</p> <p>✘ ego iohannes filius domini iohanni testi subscripsi ✘</p> <p>✘ Ego petrus Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata undecima ✘</p>	<p>la vostra suddetta chiesa. Altresì dopo il trapasso di quello che di noi morirà più tardi, allora ritornino e siano della vostra predetta chiesa senza alcuna protesta, come allora sarà invecchiato, e la stessa chiesa vostra con tutte le sue pertinenze ritorni a voi e ai vostri posterì e al vostro predetto monastero di cui per diritto risulta essere, come abbiamo stabilito mediante lo stesso fermissimo atto di ordinatione. Poiché così fu tra noi stabilito. Se poi in qualcosa offendessimo in qualsiasi modo o tramite persone subordinate, allora paghiamo come ammenda a voi ed alla vostra predetta chiesa sessanta solidi aurei bizantei e questo atto di inventario, come sopra si legge, sia fermo, scritto per mano di Pietro curiale, a cui fu chiesto di scrivere per l'anzidetta undicesima indizione. ✘</p> <p>✘ Io presbitero Stefano sottoscrissi. ✘</p> <p>✘ Io Giovanni, figlio di domino Sergio, come teste sottoscrissi. ✘</p> <p>✘ Io Stefano, figlio di domino Stefano, come teste sottoscrissi. ✘</p> <p>✘ Io Giovanni, figlio di domino Giovanni, come teste sottoscrissi. ✘</p> <p>✘ Io Pietro curiale completai e perfezionai per l'anzidetta undicesima indizione. ✘</p>
---	--

✧ In nomine domini anno ab incarnatione domini nostri iesu Christi millesimo et nonogesimo et duodecima indictione. Ego rogerius monachus et prepositus custos et rector ecclesie sancte dei genitricis et birginis marie que fundata est in loco domucella finibus lauri dum michi congruum esse videtur bona enim mea voluntate per anc quoque videlicet chartulam et pro absolute domini nostri rogerii venerabilis abbas monasterio beatissimus martir et lebita laurentius ad pastinandum et lavorandum dedi et tradidi tibi romoaldus faberidus una pecia de terra de supradicta ecclesia in locu ubi dicitur ad isclitu per ec finis ab oriente fine de episcopio nolano a septentrione fine bia antiqua ab occidente fine de ominibus de ille curti a meridie namque fine de ominibus de domicella hec vero pecia de terra qualiter per finis indicatum est totum et integrum illut tibi qui supra nominatus ad pastinandum et lavorandum dedi eaque de ratione ud vos illut pastinare deveatis arbores et vites seu aliis arboribus fructiferis ud iusto et legitimo ordine paread bene pastinatu seu lavoratu subtus et super et quicquid labores de subtus annualiter ibidem deus dederit dare nobis deveatis terraticum de decem modia unum ipsa bindemia que ibidem habueritis vos illos vindemiare deveatis cum vestris ominibus et ad palmentum traere et quod vinum mundum ibidem deus dederit per medium illut dividamus ad palmentum bos tollatis inde medietate et nos reliqua medietate ipsa vero peciola iusto ordine pisatum seu reballatum vos super tollere deveatis ante sorte et quando ibidem venerimus vel nostrum ominem direxerimus pro sortione nostra de ipso vino recipere ad una persona ominis dare nobis deveatis manducare et vibere ud iustum fuerit et pro caballum una quarta de ordeo et pro palmentatica dare nobis deveatis gallina bona una hoc autem statuimus si de ista terra exieritis bos vel vestros eredes ipsa supradicta terra cum omni suo edificio redeat in potestate supradicte ecclesie et expectemus nos usque in tres anni si autem intro tres anni si autem fueritis reversi in ista terra iterum predictis rebus in vestra et de vestris eredibus revertad potestate in suprascripto ordine tantum si intro

✧ Nel nome del Signore, nell'anno millesimo novantesimo dall'incarnazione del Signore nostro Gesù Cristo e nella dodicesima (→ tredicesima / quattordicesima) (A) indizione. Io Ruggiero, monaco e preposto, custode e rettore della chiesa della santa genitrice di Dio e vergine Maria che è costruita nel luogo **domucella** nei confini di **lauri**, poiché a me risulta essere opportuno, certamente di mia spontanea volontà, mediante cioè questo atto e con il permesso del domino nostro Ruggiero, venerabile abate del monastero del beatissimo martire e levita Lorenzo, ho dato e consegnato per zappare e lavorare a te Romoaldo **faberidus** un pezzo di terra della sopraddetta chiesa nel luogo detto **ad isclitu** con questi confini: ad oriente il confine del vescovado **nolano**, a settentrione la via antica, ad occidente il confine degli uomini di quella corte, a mezzogiorno invero il confine degli uomini di **domicella**. Di certo questo pezzo di terra come per confini è stato indicato tutto e per intero quello a te sopra menzionato diedi a zappare e lavorare a quella condizione che voi dovete zappare alberi e viti e altri alberi fruttiferi affinché con giusto e legittimo ordine appaia bene zappato e lavorato sotto e sopra. E qualsiasi cosa lavori di sotto e ogni anno ivi Dio avrà dato, dovete dare a noi come terratico di dieci moggia uno. La vendemmia che ivi avrete voi la dovete vendemmiare con vostri uomini e trasportare al torchio e quanto vino mondo ivi Dio avrà dato lo dividiamo a metà presso il torchio, voi prendete pertanto metà e noi la rimanente metà. Invero la vinaccia nel giusto ordine pigiata e livellata voi la dovete prendere in sovrappiù prima della divisione e quando verremo lì o manderemo un nostro uomo per prendere la nostra porzione del vino dovete dare a noi, ad un uomo, da mangiare e bere come sarà giusto e per il cavallo una quarta di orzo. E per il palmentatico dovete dare a noi una gallina buona. Altresì anche abbiamo stabilito che se uscirete dalla terra, voi o i vostri eredi, l'anzidetta terra con ogni suo edificio ritorni in possesso della predetta chiesa e noi aspetteremo fino a tre anni. Se poi entro tre anni sarete ritornati nella terra di nuovo con le predette cose ritorni in possesso vostro e dei vostri eredi nel predetto ordine. Soltanto se entro

<p>tres anni non redieritis in ista terra soluti Exinde maneamus a nostra parte et ista chartula sid vacua exinde obligo me qui supradictus rogerius monachus et prepositus nostrisque posteribus ipsa suprascripta terra antistare et defendere ab omnibus ominibus ab omnique partibus. Quod si minime illut vobis antistare et defendere potuerimus vel noluerimus. aud si ipsi per quobis ingenio tornare vel remobere quesierimus viginti auri solidi constantiniani ego et meos posteros vobis vestrisque eredibus componere obligamus et in antea sicut superius legitur illut vobis defensemus. unde in supradicta ratione guadia vobis dedi et medium vobis exinde posui iohannem presbyterum filium rofrede et iacuum marinu filium sergii de torazanu et petri filii birini de ille curti et Ec chartula in supradicta ratione firma et stabilis vobis permanead. Qua te iohannes notarius scribere rogabimus.</p> <p>Igitur autem quos superius necleximus ic adiunximus. ipse certie que ibidem abuerit vos ille colligatis et in ipsa terra illa dividamus vos tollatis inde medietatem et nos reliqua medietate qua te Iohannes notarius scribere rogabimus.</p> <p>Ego Rogerius abas concedo Ego Rogerius deferma</p>	<p>tre anni non ritornerete nella terra, rimaniamo pertanto senza vincoli dalla nostra parte e questo atto sia inefficace. Pertanto io sopraddetto Ruggiero, monaco e preposto, e i nostri posteri prendiamo obbligo a sostenere e difendere la suddetta terra da tutti gli uomini da ogni parte. Poiché se per niente per voi potremo o vorremo sostenerlo e difenderlo o se noi stessi, io e i miei posteri, con qualsiasi artificio cercassimo di tornare indietro o di annullarlo ci obblighiamo a pagare come ammenda venti solidi aurei di costantiniani a voi ed ai vostri eredi e d'ora innanzi, come sopra si legge, lo difenderemo per voi. Pertanto nell'anzidetta ragione diedi a voi guadia e come garante pertanto nominai per voi Giovanni presbitero, figlio di rofrede, e iacuum marinu, figlio di Sergio de torazanu, e Pietro, figlio di birini di quella corte, e questo atto nell'anzidetta ragione rimanga per voi fermo e stabile. Il quale a te Giovanni notaio chiedemmo di scrivere.</p> <p>Pertanto poi quello che sopra abbiamo dimenticato ora qui aggiungiamo le stesse inserte che ivi avrete voi le raccogliete e nella stessa terra le dividiamo, voi prendete dunque metà e noi la rimanente metà. Di cui a te Giovanni notaio chiedemmo di scrivere.</p> <p>Io Ruggiero abate concedo. Io Ruggiero confermo.</p>
---	---

Note:

A) Non può essere la dodicesima indizione in quanto nell'anno 1090 vi furono la XIII e la XIV indizione. In alternativa, se fosse corretta l'indizione, l'anno sarebbe il 1088 o il 1089.

✠ **ROGERIUS** dei gratia comes calabrie et siciliae. omnibus fidelibus suis. et ecclesiae dei filiis tam presentibus quam futuris in domino salutem. Notum esse volumus fraternitati vestrae. per dei misericordiam a galliarum partibus ad regionem istam calabrie. sanctae religionis viros. Brunonem videlicet et Lanuinum. cum sociis eorum pervenisse. qui contempta mundialis gloriae vanitate. soli deo elegerant militare. Horum itaque desiderium ego cognoscens. et ipsorum meritis et precibus apud deum adiuvari desiderans. ab eorum karitate precibus multis obtinui ut in terra mea locum ibi stabilem eligerent. in quo ad serviendum deo qualia vellent habitacula prepararent. Elegerunt siquidem in terra mea quemdam solitudinis locum situm inter locum qui dicitur arena. et opidum quod appellatur stilum. Hunc ergo locum ad honorem dei omnipotentis patris et filii et spiritus sancti et ad honorem beatissimae marie semper virginis genitricis christi dei et domini nostri. omniumque sanctorum donavi eis et eorum successoribus ibidem deo servituris cum tota silva et terra et aqua et monte in spacium unius leugae in omni parte adiacente. concedens et constituens quatenus locum istum liberae et quietae cum hac adiacentia sua in perpetuum possideant. nec ex hoc michi vel alicui persone angariam aut servicium faciant. Contestor *autem* et contradico ex parte dei omnipotentis et sanctae mariae perpetue virginis et omnium sanctorum. et mea. ne si aliquis meorum videlicet aut vicecomes. rusticus aut miles. servus sive liber. qui in loco isto. pascue vel agriculture seu etiam piscationis. aut lignorum occasione. aut ex quacumque causa. Servis dei molestiam aut iniuriam faciat. sed in eorum potestate sit predictum locum cum tota adiacentia sua secundum voluntatem suam possidere. disponere. ordinare. et erogare. Quod si quis deinceps contra huius paginae constitutionem venire presumpserit. in primis nisi dignae satisfecerit. iram dei et maledictionem incurrat. et conatu tali ad nichilum redacto. pro presumptione tanta centum librarum auri penam in curia nostra sustineat. Igitur ut

✠ **Ruggiero**, per grazia di Dio conte di **calabrie** e **siciliae**, a tutti i suoi fedeli e ai figli della chiesa di Dio, tanto presenti quanto futuri, salvezza nel Signore. Vogliamo sia noto alla vostra fraternità che per la misericordia di Dio sono giunti dalle parti delle **galliarum** a questa regione della **calabrie** uomini di santa religione, vale a dire Brunone e Lanuino con i loro compagni, i quali disprezzata la vanità della gloria del mondo scelsero di militare per il solo Dio. Conoscendo io pertanto il loro desiderio e desiderando essere aiutato presso Dio dai meriti e dalle preghiere degli stessi, ho ottenuto dalla loro carità con molte preghiere che scegliessero nella mia terra un luogo stabile in cui per servire Dio preparassero quali abitazioni volessero. Poiché scelsero nella mia terra un certo luogo di solitudine sito tra il luogo detto **arena** e l'oppido chiamato **stilum**, pertanto questo luogo in onore di Dio onnipotente Padre e Figlio e Spirito Santo e in onore della beatissima Maria sempre vergine genitrice di Cristo Dio e Signore nostro e di tutti i santi donai a loro ed ai loro successori che ivi serviranno Dio, con tutto il bosco e la terra e l'acqua e il monte nello spazio adiacente di una lega in ogni parte, concedendo e stabilendo che possiedano in perpetuo liberamente e quietamente questo luogo con questa sua adiacenza né per questo a me o ad altra persona facciano angaria o servizio. Chiamo a testimoni *poi* e mi oppongo per Dio onnipotente e la santa Maria sempre vergine e per tutti i santi e per me stesso affinché qualcuno dei miei vale a dire o viceconte, contadino o soldato, servo o libero, in questo luogo non arrechi molestia o ingiuria ai servi di Dio, per il pascolo o l'agricoltura e anche per la pesca o per la legna o per qualsiasi motivo, ma sia in loro la facoltà di possedere, disporre, ordinare e dare il predetto luogo con tutte le sue adiacenze secondo la loro volontà. Poiché se qualcuno d'ora innanzi osasse venire contro quanto stabilito in questo atto, innanzitutto se non darà degna soddisfazione, incorra nell'ira e nella maledizione di Dio e con tale sforzo a niente compiuto per tanto ardire sopporti la pena di cento libbre d'oro alla nostra Curia. Pertanto affinché questa costituzione rimanga inviolabile e del tutto ferma, con

constitutio hec inviolabilier et omnino firma permaneat. concedente uxore mea adelai comitissa. et filio meo goffrido. in presentia bonorum hominum donationem istam feci. et sigillo meo sigillari precepi. Ego Goffridus melitensis ecclesiae episcopus licet indignus. kartam hanc manu propria scripsi rogatu comitis Rogerii. laudans et confirmans constitutionem hanc anathemate vero et excommunicatione dampnans eum quicumque hanc infringere presumpserit. nisi tamen digne resipiscens. satisfecerit. Facta sunt hec anno ab incarnatione domini. Millesimo nonagesimo. Insuper donavi mule cum filiis suis ad custodiendam silvam.

Testes autem afferunt hi. Stephanus presbyter. Geraldus presbyter. Petrus de montorio. Ricardus maletus. Ragnulfus elemosinarius. Nicholaus notarius. et alii plures.

concessione di mia moglie contessa Adelaide e mio figlio Goffredo, in presenza di onesti uomini feci questa donazione e ordinai che fosse contrassegnata con il mio sigillo. Io Goffredo, vescovo sia pure indegno della chiesa **melitensis**, questo atto di mia propria mano scrissi su richiesta del conte Ruggiero, lodando e confermando questa costituzione ed invero condannando con l'anatema e la scomunica chiunque osasse trasgredirla se tuttavia non desse soddisfazione degnamente pentendosi. Queste cose sono state fatte nell'anno millesimo novantesimo dall'incarnazione del Signore. Inoltre ho donato Mula con i suoi figli per custodire il bosco.

Come testimoni poi sono presenti questi: Stefano presbitero, Geraldo presbitero, Pietro **de montorio**, Riccardo **maletus**, Ragnulfo elemosiniere, Nicola notaio e molti altri.

✠ In nomine domini dei Salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno decimo. die vicesima quinta mensis aprelis indictione quarta decima neapoli: Certum est me stephanum qui nominatur buccallano filio quondam alichisi buccallano et quondam sellicta iugalium personarum. abitoribus de loco qui vocatur malitum maiore: A presenti die promptissima voluntate pro dei omnipotentis ammone et redentionis anime mee et de memoratis iugalibus genitoribus meis ut hic et in futuro seculo requiem inbenire baleamus. offero et trado tibi domino ascitino presbytero custus vero ecclesie beatissimi nicolay christi confessoris que sita est intus illu vicu de eodem loco malitum. iuris monasterii sancti sebastiani. et per te in memorata ecclesia sancti nicolay. idest integrum unum modium de terra mea per passum mensuratum at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie et nominatur at terra ocanum posita vero in memorato loco malitum. cum introitum suum omnibusque eis pertinentibus. coherente sivi de uno latere terra de illu tabularium sicuti inter se terminis exfinat. de alio latere terra petri atitio ex ipso loco malitum. de uno capite est reliquum que de memorata terra mea in mea reserbavi potestate. de alio capite terra de illu ursi ex ipso loco. et ab odierna die et deinceps a me tibi et per te in memorata ecclesia sit offertum et traditum et de memorata ecclesia sit potestate ad avendum et possidendum illud usque in sempiternum. et neque a me memorato stephano qui nominatur buccallano neque a meis heredibus nullo tempore numquam tu memorato domino ascitino presbytero aut posteris tuis memorataque ecclesia quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requisitione aut molestia per nullum modum nec per summissas personas a nuc et imperpetuis temporibus. insuper omni tempore ego et heredes meis exinde ab omnis homines omnique persona in omnibus tibi tuisque posteris memorataque ecclesia illud antestare et defendere debeamus. Quia ita nobis stetit:

✠ Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nel decimo anno di impero del signore nostro Alessio grande imperatore, nel giorno ventesimo quinto del mese di aprile, quattordicesima indizione, **neapoli**. Certo è che io Stefano detto **buccallano**, figlio del fu **alichisi buccallano** e della fu **sellicta**, coniugi, abitanti del luogo chiamato **malitum maiore**, dal giorno presente con prontissima volontà per amore di Dio onnipotente e per la redenzione dell'anima mia e dei predetti coniugi genitori miei affinché qui e nel futuro secolo possiamo trovare pace, offro e consegno a te domino **ascitino** presbitero, custode invero della chiesa del beatissimo Nicola confessore di Cristo, che è sita dentro quel villaggio dello stesso luogo **malitum**, di diritto del monastero di san Sebastiano, e tramite te alla predetta chiesa di san Nicola, per intero un moggio di terra mia, misurato per passi secondo il passo ferreo della santa chiesa **neapolitane**, ed è detta questa terra **ocanum**, sita invero nel predetto luogo **malitum**, con il suo ingresso e tutte le cose ad essa pertinenti, confinante da un lato con la terra di quel **tabularium** come tra loro il termine delimita, dall'altro lato la terra di Pietro Atizio dello stesso luogo **malitum**, da un capo è la parte rimanente della mia anzidetta terra che riservai in mio possesso, dall'altro capo la terra di quell'Urso dello stesso luogo. E dal giorno odierno e d'ora innanzi da me a te e tramite te alla predetta chiesa sia offerto e consegnato e della suddetta chiesa sia la potestà di avere e possederlo per sempre. Né da me predetto Stefano detto **buccallano** né dai miei eredi in nessun tempo mai tu anzidetto domino **ascitino** presbitero o i tuoi posterì e la suddetta chiesa, che non accada, abbiate dunque mai qualsiasi richiesta o molestia in nessun modo né tramite persone subordinate da ora e in perpetuo. Inoltre, in ogni tempo io e i miei eredi lo dobbiamo pertanto sostenere e difendere in tutto da ogni uomo e da ogni persona per te e per i tuoi posterì e per l'anzidetta chiesa. Poiché così fu tra noi convenuto. Se poi in qualcosa offendessimo in qualsiasi modo o tramite persone subordinate, allora io ed i miei eredi pago come ammenda a te ed ai tuoi posterì e alla

<p>Si autem et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissas personas. tunc compono ego et heredes meis tibi tuisque posteris et at memorata ecclesia auri solidos triginta bythianteos. et hec chartula offertionis ut super legitur sit firma scripta per manus petri curialis quem scribere rogatus per indictione memorata quartadecima ✘ hoc signum ✘ manus memorati stephani buccallano quod ego qui memoratos pro eum subscripsi ✘</p> <p>✘ Ego iohannes curialis. testis subscripsi ✘</p> <p>✘ ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi ✘</p> <p>✘ Ego stephanus tabularius. testis subscripsi ✘</p> <p>✘ Ego petrus curialis complevi et absolvi per indictione memorata quartadecima ✘</p>	<p>predetta chiesa trenta solidi aurei bizantei e questo atto di offerta, come sopra si legge, sia fermo, scritto per mano di Pietro curiale, a cui fu chiesto di scrivere per l'anzidetta quattordicesima indizione. ✘ Questo è il segno ✘ della mano del predetto Stefano buccallano che io anzidetto per lui sottoscrissi. ✘</p> <p>✘ Io Giovanni curiale come teste sottoscrissi. ✘</p> <p>✘ Io Giovanni, figlio di domino Sergio, come teste sottoscrissi. ✘</p> <p>✘ Io Stefano tabulario come teste sottoscrissi. ✘</p> <p>✘ Io Pietro curiale completai e perfezionai per l'anzidetta quattordicesima indizione. ✘</p>
---	---



✠ URBANUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTO IN CHRISTO FILIO GUARINO ABBATI VENERABILIS MONASTERII SANCTI LAURENTII. QUOD IUXTA CIVITATEM AVERSANAM SITUM EST EIUSQUE successoribus regulariter substituendis imperpetuum. Quia superne dispositione providentie beati laurentii martiris monasterium cui tua dilectio presidet. temporibus nostris de parvo ad magnum excrevit. et spiritualibus. atque secularibus incrementis interius exteriusque provectum est. nos divine pietatis adiutores et cooperatores esse optamus. Ipsi etenim fratres ROMANE ecclesie tribulationibus et angustiis fideliter communicaverunt. et dignum est ut romane ecclesie clypeo ab adversariis omnibus protegantur. et tu quoque qui ipsi monasterio preesse dinosceris. sedis apostolice gratiam. circa te et successores tuos ampliorem cognoscas. Tuis itaque fili karissime in christo GUARINE tuorumque fratrum iustis postulationibus libenter annuimus. et ipsum beati laurentii martiris monasterium quod iuris beati Petri esse dinoscitur. apostolice sedis gremio specialiter confovendum protegendumque suscipimus et apostolici privilegii robore communimus. Statuentes ut quecumque predia possessiones. villas. oppida. cellas. ecclesias. seu quecumque bona ex concessione pontificum. libertate principum. vel oblatione fidelium acquisita. vestrum hodie monasterium possidet. seu quecumque in futurum iuste poterit adipisci. firma tibi tuisque successoribus. et illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem monasterium temere perturbare. vel ei subditas possessiones auferre. vel ablata retinere. minuere. vel temerariis vexationibus fatigare. sed omnia integra conserventur. eorum pro quorum sustentatione. ac gubernatione concessa sunt. usibus omnimodis profutura. Missas autem publicas ab aliquo episcopo in eodem monasterio celebrari. stationes fieri. processiones deduci. absque abbatis vel fratrum voluntate omnimodis prohibemus. ne in servorum dei recessibus. secularibus occasio prebeat ulla

✠ Urbano vescovo, servo dei servi di Dio, al diletto figlio in Cristo Guarino, abate del venerabile monastero di San Lorenzo che è sito vicino alla città AVERSANAM, ed ai suoi successori che lo sostituiranno secondo le regole in perpetuo. Giacché per disposizione della suprema Provvidenza il monastero del beato Lorenzo martire a cui presiede la tua affezione nei nostri tempi crebbe da piccolo a grande ed è innalzato con spirituali e secolari incrementi internamente ed esternamente, noi desideriamo essere aiutanti e cooperatori della divina pietà. Poiché gli stessi fratelli della chiesa romana condivisero fedelmente tribolazioni e angustie ed è opportuno che con lo scudo della chiesa romana siano protetti da tutti gli avversari e anche tu che è noto presiedi lo stesso monastero conosca più grande grazia della sede apostolica a riguardo di te e dei tuoi successori, pertanto acconsentiamo volentieri alle giuste richieste di te Guarino, figlio carissimo in Cristo, e dei tuoi frati e lo stesso monastero del beato Lorenzo martire, che di diritto è riconosciuto essere del beato Pietro, accettiamo in special modo nel grembo della sede apostolica di riscaldare e proteggere e muniamo con la forza del privilegio apostolico, stabilendo che qualsiasi terreno, possedimento, villaggio, luogo fortificato, monastero, chiesa e qualsiasi bene acquisito per concessione dei pontefici, liberalità dei principi o offerta dei fedeli possiede oggi il vostro monastero e qualsiasi cosa in futuro potesse giustamente conseguire, rimanga ferma e inviolata a te ed ai tuoi successori. Stabiliamo dunque che a nessun uomo sia lecito osare di minacciare lo stesso monastero o di togliere proprietà soggette allo stesso o di trattenerne e sminuire le cose strappate o di opprimere con temerarie vessazioni, ma ogni cosa intatta sia conservata poiché sono state concesse per loro sostentamento e governo per qualsiasi uso futuro. Altresì proibiamo in tutti i modi che nello stesso monastero le messe pubbliche siano celebrate, le stazioni fatte, le processioni guidate da alcun vescovo senza la volontà dell'abate o dei frati affinché non sia offerta alcuna occasione nei rifugi dal secolo dei servi di Dio ai conventi. Inoltre nessuno pretenda dal

conventibus. Decimas autem propriorum laborum et operum. nullus ab eodem monasterio exigat. Nec liceat alicui episcopo ipsum monasterium et cellas eius interdicerere aut excommunicare. Crisma. oleum sanctum. consecrationem altarium. sive basilicarum. ordinationem monachorum sive clericorum monasterio pertinentium qui ad sacros ordines promovendi. a quocumque malueritis catholico episcopo suscipietis. qui nostra fultus auctoritate quod postulatur indulgeat. Cappellanos vel clericos qui ipsi monasterio aut eius cellis deserviunt. excommunicari vel ab officio suspendi. sive ad sinodum provocare. ab aliquo episcopo prohibemus. Ad hec etiam pro speciali ipsius monasterii dicatione ad honorem ac reverentiam gloriosissimi martiris laurentii. cuius ibidem relique sunt recondite. usum mitre ubilibet in celebrationibus divinorum. anuli vero tantum in celebratione missarum precipuarum festivitatum et consessu conciliorum tibi tuisque successoribus concedimus. Clericos etiam sive laicos liberos et absolutos. qui conversationis causa ad monasterium vestrum. sive in vita. sive in morte venire voluerint. liceat vobis vestrisque successoribus absque alicuius contradictione recipere. Vos itaque filii in christo dilectissimi. oportet regularis discipline institutionibus operam diligenter impendere. quatinus quanto a secularibus tumultibus liberiores estis. tanto amplius placere deo totius mentis et anime virtutibus anheletis. Sane si quis in crastinum archiepiscopus. aut episcopus. imperator aut rex. princeps aut dux. comes aut vicecomes. iudex aut persona quilibet potens vel impotens. huius nostri privilegii paginam sciens contra eam temere venire temptaverit. secundo terciore commonitus si non satisfactione congrua emendaverit. potestatis honorisque sui dignitate careat. reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. et a Sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri ihesu christi alienus fiat. atque in eterno examine districte ultionis subiaceat. Cunctis eidem loco ista servantibus sit pax domini nostri ihesu christi. quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis

monasterio le decime dei suoi lavori ed opere. Né sia lecito ad alcun vescovo interdire o scomunicare lo stesso monastero e le sue obbedienze. Il crisma, l'olio santo, la consacrazione degli altari o delle chiese, l'ordinazione dei monaci o dei chierici pertinenti al monastero da innalzare ai sacri ordini, accettate da qualsiasi vescovo cattolico che preferirete, il quale forte della nostra autorità conceda ciò che é chiesto. I cappellani o i chierici che servono il monastero o le sue dipendenze proibiamo a qualsiasi vescovo di scomunicare o di sospendere dalla propria funzione o di chiamare a convegno. Oltre a queste cose per speciale potere del monastero, in onore e venerazione del gloriosissimo martire Lorenzo di cui ivi sono nascoste le reliquie, concediamo a te e ai tuoi successori l'uso della mitra sempre nelle celebrazioni delle cose divine, dell'anello invero soltanto nella celebrazione delle messe nelle principali feste e nella riunione dei concili. Sia lecito a voi e ai vostri successori di accettare senza contrasto di alcuno i chierici ed anche i laici che, liberamente e senza legami, a causa di conversione sia in vita che in morte volessero venire al vostro monastero. Per voi pertanto, figli diletteissimi in Cristo, é necessario che con le istituzioni di una regolare disciplina operiate con diligenza affinché quanto più sarete liberi dagli affanni secolari tanto più anelerete a piacere a Dio con le virtù dell'intera mente e anima. In verità, se qualcuno in futuro, arcivescovo o vescovo, imperatore o re, principe o duca, conte o viceconte, giudice o qualsiasi persona potente o non potente, osasse coscientemente venire contro l'atto di questo nostro privilegio, ammonito la seconda o la terza volta, se non si sarà corretto con congrua soddisfazione, perda la dignità del suo potere ed onore e sappia che come colpevole per la commessa nefandezza sarà sottoposto al giudizio divino e sia allontanato dal sacratissimo corpo e sangue di Dio e del Signore nostro redentore Gesù Cristo e giaccia nell'eterno severo esame del castigo. Per tutti quelli che nello stesso luogo osserveranno queste cose sia la pace del Signore nostro Gesù Cristo affinché anche ricevano il frutto della buona azione e presso il severo Giudice trovino i premi della pace eterna. Amen. Amen. Amen.

inveniant. Amen. Amen. Amen.



Datum anagnie. per manus Iohannis. sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis. Indictione. XV Nonis Maji. Anno dominice incarnationis M.° XCII.° Pontificatus autem domini URBANI pape Secundi V.°

Dato in **anagnie** per mano di Giovanni diacono, cardinale della santa romana Chiesa, XV indizione, nelle none di maggio (A), nell'anno MXCII dell'incarnazione del Signore, durante il quinto anno di pontificato di domino Urbano II Papa.

Note:

(A) 7 maggio.



✠ URBANUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTO IN CHRISTO FILIO GUARINO ABBATI VENERABILIS MONASTERII SANCTI LAURENTII. QUOD IUXTA CIVITATEM AVERSANAM SITUM EST EIUSQUE successoribus regulariter substituendis imperpetuum. Quia superne dispositione providentie beati laurentii martiris monasterium cui tua dilectio presidet. temporibus nostris de parvo ad magnum excrevit. et spiritualibus. atque secularibus incrementis interius exteriusque provectum est. nos divine pietatis adiutores et cooperatores esse optamus. Ipsi etenim fratres Romane ecclesie tribulationibus et angustiis fideliter communicaverunt. et dignum est ut romane ecclesie clypeo ab adversariis omnibus protegantur. et tu quoque qui ipsi monasterio preesse dinosceris. sedis apostolice gratiam. circa te et successores tuos ampliorem cognoscas. Tuis itaque fili karissime in christo GUARINE tuorumque fratrum iustis postulationibus libenter annuimus. et ipsum beati laurentii martiris monasterium quod iuris beati Petri esse dinoscitur. apostolice sedis gremio specialiter confovendum protegendumque suscipimus et apostolici privilegii robore communimus. Statuentes ut quecumque predia possessiones. villas. oppida. cellas. ecclesias. seu quecumque bona ex concessione pontificum. libertate principum. vel oblatione fidelium acquisita. vestrum hodie monasterium possidet. seu quecumque in futurum iuste poterit adipisci. firma tibi tuisque successoribus. et illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem monasterium temere perturbare. vel ei subditas possessiones auferre. vel ablata retinere. minuere. vel temerariis vexationibus fatigare. sed omnia integra conserventur. eorum pro quorum sustentatione. ac gubernatione concessa sunt. usibus omnimodis profutura. Missas autem publicas ab aliquo episcopo in eodem monasterio celebrari. stationes fieri. processiones deduci. absque abbatis vel fratrum voluntate omnimodis prohibemus. ne in servorum dei recessibus. secularibus occasio prebeat ulla

✠ Urbano vescovo, servo dei servi di Dio, al diletto figlio in Cristo Guarino, abate del venerabile monastero di San Lorenzo che è sito vicino alla città AVERSANAM, ed ai suoi successori che lo sostituiranno secondo le regole in perpetuo. Giacché per disposizione della suprema Provvidenza il monastero del beato Lorenzo martire a cui presiede la tua affezione, nei nostri tempi crebbe da piccolo a grande ed è innalzato con spirituali e secolari incrementi internamente ed esternamente, noi desideriamo essere aiutanti e cooperatori della divina pietà. Poiché gli stessi fratelli della chiesa romana condivisero fedelmente tribolazioni e angustie ed è opportuno che con lo scudo della chiesa romana siano protetti da tutti gli avversari e anche tu che è noto presiedi lo stesso monastero conosca più grande grazia della sede apostolica a riguardo di te e dei tuoi successori, pertanto acconsentiamo volentieri alle giuste richieste di te Guarino, figlio carissimo in Cristo, e dei tuoi frati e lo stesso monastero del beato Lorenzo martire, che di diritto è riconosciuto essere del beato Pietro, accettiamo in special modo nel grembo della sede apostolica di riscaldare e proteggere e muniamo con la forza del privilegio apostolico, stabilendo che qualsiasi terreno, possedimento, villaggio, luogo fortificato, monastero, chiesa e qualsiasi bene acquisito per concessione dei pontefici, liberalità dei principi o offerta dei fedeli possiede oggi il vostro monastero e qualsiasi cosa in futuro potesse giustamente conseguire, rimanga ferma e inviolata a te ed ai tuoi successori. Stabiliamo dunque che a nessun uomo sia lecito osare di minacciare lo stesso monastero o di prendere proprietà soggette allo stesso o di trattenerne e sminuire le cose strappate o di opprimere con temerarie vessazioni, ma ogni cosa intatta sia conservata poiché sono state concesse per loro sostentamento e governo per qualsiasi uso futuro. Altresì proibiamo in tutti i modi che nello stesso monastero le messe pubbliche siano celebrate, le stazioni fatte, le processioni guidate da alcun vescovo senza la volontà dell'abate o dei frati affinché non sia offerta alcuna occasione nei rifugi dal secolo dei servi di Dio ai conventi. Inoltre nessuno pretenda dal

conventibus. Decimas autem propriorum laborum et operum. nullus ab eodem monasterio exigit. Nec liceat alicui episcopo ipsum monasterium et cellas eius interdicerere aut excommunicare. Crisma. oleum sanctum. consecrationem altarium. sive basilicarum. ordinationem monachorum sive clericorum monasterio pertinentium qui ad sacros ordines promovendi. a quocumque malueritis catholico episcopo suscipietis. qui nostra fultus auctoritate quod postulatur indulgeat. Cappellanos vel clericos qui ipsi monasterio aut eius cellis deserviunt. excommunicari vel ab officio suspendi. sive ad sinodum provocare. ab aliquo episcopo prohibemus. Ad hec etiam pro speciali ipsius monasterii ditione ad honorem ac reverentiam gloriosissimi martiris laurentii. cuius ibidem relique sunt recondite. usum mitre ubilibet in celebrationibus divinorum. anuli vero tantum in celebratione missarum precipuarum festivitatum et consessu conciliorum tibi tuisque successoribus concedimus. Clericos etiam sive laicos liberos et absolutos. qui conversationis causa ad monasterium vestrum. sive in vita. sive in morte venire voluerint. liceat vobis vestrisque successoribus absque alicuius contradictione recipere. Vos itaque filii in christo dilectissimi. oportet regularis discipline institutionibus operam diligenter impendere. quatinus quanto a secularibus tumultibus liberiores estis. tanto amplius placere deo totius mentis et anime virtutibus anheletis. Sane si quis in crastinum archiepiscopus. aut episcopus. imperator aut rex. princeps aut dux. comes aut vicecomes. iudex aut persona quilibet potens vel impotens. huius nostri privilegii paginam sciens contra eam temere venire temptaverit. secundo terciusve commonitus si non satisfactione congrua emendaverit. potestatis honorisque sui dignitate careat. reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri ihesu christi alienus fiat. atque in eterno examine districte ultionis subiaceat. Cunctis eidem loco ista servantibus sit pax domini nostri ihesu christi. quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis

monasterio le decime dei suoi lavori ed opere. Né sia lecito ad alcun vescovo interdire o scomunicare lo stesso monastero e le sue obbedienze. Il crisma, l'olio santo, la consacrazione degli altari o delle chiese, l'ordinazione dei monaci o dei chierici pertinenti al monastero da innalzare ai sacri ordini, accettate da qualsiasi vescovo cattolico che preferirete, il quale forte della nostra autorità conceda ciò che é chiesto. I cappellani o i chierici che servono il monastero o le sue obbedienze proibiamo a qualsiasi vescovo di scomunicare o di sospendere dalla propria funzione o di chiamare a convegno. Oltre a queste cose per speciale potere del monastero, in onore e venerazione del gloriosissimo martire Lorenzo di cui ivi sono nascoste le reliquie, concediamo a te e ai tuoi successori l'uso della mitra sempre nelle celebrazioni delle cose divine, dell'anello invero soltanto nella celebrazione delle messe delle principali feste e nella riunione dei concili. Sia lecito a voi e ai vostri successori di accettare senza contrasto di alcuno i chierici ed anche i laici che liberamente e senza legami a causa di conversione sia in vita che in morte volessero venire al vostro monastero. Per voi pertanto, figli dilettissimi in Cristo, é necessario che con le istituzioni di una regolare disciplina operiate con diligenza affinché quanto più sarete liberi dagli affanni secolari tanto più anelerete a piacere a Dio con le virtù dell'intera mente e anima. In verità, se qualcuno in futuro, arcivescovo o vescovo, imperatore o re, principe o duca, conte o viceconte, giudice o qualsiasi persona potente o non potente, osasse coscientemente venire contro l'atto di questo nostro privilegio, ammonito la seconda o la terza volta, se non si sarà corretto con congrua soddisfazione, perda la dignità del suo potere ed onore e sappia che come colpevole per la commessa nefandezza sarà sottoposto al giudizio divino e sia allontanato dal sacratissimo corpo e sangue di Dio e del Signore nostro redentore Gesù Cristo e giaccia nell'eterno severo esame del castigo. Per tutti quelli che nello stesso luogo osserveranno queste cose sia la pace del Signore nostro Gesù Cristo affinché anche ricevano il frutto della buona azione e presso il severo Giudice trovino i premi della pace eterna. Amen. Amen. Amen.

inveniant. Amen. Amen. Amen.



Datum anagnie. per manus Iohannis. sancte
Romane ecclesie diaconi cardinalis.
Indictione. XV Nonis Maji. Anno dominice
incarnationis M.° XCII.° Pontificatus autem
domini URBANI pape Secundi V.°

Dato in **anagnie** per mano del diacono
Giovanni, cardinale della santa romana Chiesa,
XV indizione, nelle None di maggio (A),
nell'anno MXCII dell'incarnazione del Signore,
durante il quinto anno di pontificato di domino
Urbano II Papa.

Note:

(A) 7 maggio.

✠ In nomine domini nostri ihesu christi Anno salutifere ab Incarnationis eiusdem Millesimo Nonagesimo quinto Regnante Sanctissimo adque piissimo domino Alesio Imperatore mense Iulii tertia Indictione. Quoniam Fratribus Venerabilibus locis manentibus et ibidem deo servientibus qui catholici sunt per omnia subvenire debent. Visum est nobis Godinus horiensis ecclesie Archiepiscopo una cum consensu fratrum nostrorum maiorum adque minorum tradere ecclesia Sancte dei genitricis semperque virginis marie que est sita in loco qui dicitur grana. et ecclesia sancti petri apostoli que est in loco blandi et ecclesia sancti sebastiani de loco felline. Similiter et ecclesiam sancti petri apostoli que sita est in loco babanie iusta mare magnum Guarini Abbati monasterii sancti laurentii positum iusta civitatem que dicitur adversa ut ibi fratres manentes et sine intermissione deo horantes Aliquam substentationem corporibus inde habere possint unde sincero animo bonaque boluntate concedimus in perpetuum tibi Guarini abbati tuisque successoribus ipse prephate ecclesie cum omnibus earum pertinentiis quomodo videtur habere vel in antea iuste accipere poterint per manum prephati Archiepiscopi consensu vel successores nostros adversitate et prophicuum ecclesie sancti Laurentii martiris. ea videlicet ratione ut omni anno in festo dominice resurrectionis redatis nobis et successoribus nostris ducatos auri unum et nichil aliud. Sed a presenti die in antea perpetuis et futuris temporibus ecclesiis ipsis cum suis pertinentiis liberis et absolutis permaneant absque omni contradictione nostra et nostrorum posterorum. ut nec nos nec nostris posteris non habeamus potestatem ecclesiis supradictis et eorum rectoribus excommunicare interdicerere. nec ad sinodum vocare aut aliquit ibi querere sed liberos at absolutos a nostris partibus maneant. et vivant in suo arbitrio cum dei timore. Nam et si nos qui supra Godinus Archiepiscopus aut nostris posteriores qualicumque adveniente tempore hec omnia que supra declaravimus irritare vel retornare presumpserimus. aut de cunctis rebus ecclesiis supradictis aut de earum

✠ Nel nome del Signore nostro Gesù Cristo, nell'anno millesimo novantesimo quinto dalla sua salvifica incarnazione, durante il regno del santissimo e piissimo signore Alessio imperatore, nel mese di luglio, terza indizione. Poiché ai fratelli che vivono in luoghi venerabili e ivi servono Dio e che sono cattolici in ogni cosa deve essere dato aiuto, parve opportuno a noi Godino, arcivescovo della chiesa **horiensis**, con il consenso dei fratelli nostri maggiori e minori consegnare la chiesa della santa genitrice di Dio e sempre vergine Maria che è sita nel luogo detto **grana** e la chiesa di san Pietro apostolo che è nel luogo **blandi** e la chiesa di san Sebastiano del luogo **felline** e similmente la chiesa di san Pietro apostolo che è sita nel luogo **babanie** vicino al **mare magnum**, a Guarino abate del monastero di san Lorenzo, sito vicino la città chiamata **adversa**, affinché i frati ivi permanenti e preganti Dio senza interruzione possano avere qualche sostegno per i corpi. Pertanto con animo sincero e buona volontà concediamo in perpetuo a te abate Guarino e ai tuoi successori le stesse predette chiese con tutte le loro pertinenze, come risultano avere e d'ora innanzi giustamente potessero ricevere, per mano del predetto arcivescovo con il consenso o la contrarietà dei nostri successori e con profitto per la chiesa di san Lorenzo martire, vale a dire con la condizione che ogni anno nella festa della resurrezione del Signore diate a noi e ai nostri successori un ducato di oro e niente altro. Ma dal giorno presente in poi, per sempre e nei tempi futuri le stesse chiese con le loro pertinenze rimangano libere e senza legami senza qualsivoglia contrarietà nostra e dei nostri posteri poiché né noi né i nostri posteri abbiamo facoltà per le chiese anzidette e per i loro rettori di scomunicare, interdire né di chiamare al sinodo o di chiedere ivi qualcosa ma rimangano liberi e sciolti da vincoli dalle parti nostre e vivano secondo la loro volontà nel timore di Dio. Infatti, se noi anzidetto arcivescovo Godino o i nostri successori in qualsiasi tempo futuro osassimo rendere inefficaci o annullare tutte queste cose che sopra abbiamo dichiarato, o cercassimo di sottrarre in qualsiasi modo di tutte le cose delle chiese anzidette o delle loro offerte dentro o fuori, ci obblighiamo noi ed i nostri successori a

<p>offertionibus intus vel foris subtraere quesierimus quocumque modo obligamus nos et successores nostros dare centum solidos aureos in ipso sancto monasterio sancti laurentii de aversa. et ad confirmandam huius scripti continentiam. propriis manibus nostris pro firmitate earum subtus signavimus signo sancte crucis et cum nostro sigillo plumbeo fecimus sigillari.</p> <p>✘ Godinus dei gratia Archiepiscopus.</p> <p>✘ Signum sancte crucis et manus mea hugo Renga.</p> <p>✘ Ego iohannes presbyter ita novi.</p> <p>✘ Signum sancte crucis et manus mea Guidelmus.</p> <p>✘ Signum sancte crucis et manus mea Giselbertus.</p> <p>✘ Helias archidiaconus qui et presbyter hec miscemate firmatus.</p>	<p>dare cento solidi aurei allo stesso santo monastero di san Lorenzo di aversa e per confermare il contenuto di questi scritto con le nostre proprie mani per loro fermezza sottoscrivemmo con il segno della santa croce e con il nostro sigillo di piombo facemmo contrassegnare.</p> <p>✘ Godino, per grazia di Dio arcivescovo.</p> <p>✘ Segno della santa croce e della mano di me Ugo Renga.</p> <p>✘ Io Giovanni presbitero così riconobbi.</p> <p>✘ Segno della santa croce e della mano di me Guidelmo.</p> <p>✘ Segno della santa croce e della mano di me Giselberto.</p> <p>✘ <i>Io</i> Elia, arcidiacono ed anche presbitero, questi accordi confermai.</p>
--	--

✧ IN NOMINE SCE ET INDIVIDUE TRINITATIS. ANNO DNICE INCARNATIONIS MILLESIMO nonagesimo quinto. mense novembri. Indictionis. quarte. Nos Robertus dei nutu Comes comitum ab omnipotenti deo dignas grates accipere credimus si in sanctis ac venerabilibus locis de rebus nostris impenderimus. Quadam die dum mortis finem et aeternum iudicium cogitare cepissem. nil melius esset hominis ad acquirendam celestis vitae patriam. quam si aliquis de rebus suis pro redemptione animae sue sancte ecclesie dederit. Ego videns et cognoscens omnia ista esse salutifera. Idcirco pro ipsius omnipotentis dei amore et pro salute animae meae et remedio. omniumque meorum parentum et propinquorum. ecclesias quas ad meam tenebam proprietatem videlicet sanctam Igerusalem et sanctum Salvatorem que site sunt in aaterno. sancte Theatine aecclesie et tibi dompno Rainulfo venerabili episcopo tuisque successoribus tradens concedo cum omnibus possessionibus earum restituens et confirmans eidem sancte Theatine aecclesie plebem sanctorum laurentiani et domitiani. Ad pedem autem aterni et ad portam que respicit contra mare ecclesiam sancti Thome apostoli. Exterius vero ecclesiam sancti Nycolai. terra vinea domos intus et foris. decimas pontis et portus et oblationes. vivorum et mortuorum. quod nullus homo aternensium habet aliquam possessionem predictarum ecclesiarum teneat eam et fruatur usque ad obitum sue mortis. Post obitum vero suum. revertatur possessio ipsa sine aliqua contradictione aecclesie vel aecclesiis quibus pertinere cognoscitur. Simili modo et castellum furca cum silvis et pascuis et omnibus suis pertinentibus. libere et absolute concedimus et donamus predicto sancto Theatino episcopo. Excepta silva sambuceti que dum ego vixero et mei vixerint heredes communis sit hominibus aternensibus et ecclesie Theatine. Post obitum vero meum meorumque heredum eandem silvam liberam et absolutam sancto predicto episcopo relinquimus. Ultra piscariam vero castellum

✧ Nel nome della santa e indivisibile Trinità, nell'anno millesimo novantesimo quinto dell'incarnazione del Signore, nel mese di novembre, quarta indizione. Noi Roberto, per volontà di Dio Conte dei conti, crediamo di ricevere degne grazie da Dio onnipotente se impegniamo nostri beni per santi e venerabili luoghi. Un certo giorno allorché incominciai a pensare che per il fine della morte e per il giudizio eterno niente fosse meglio per l'uomo per acquisire la patria della vita celeste che donare per la salvezza della propria anima qualcosa dei propri beni alla santa chiesa. Pertanto, io vedendo e conoscendo che tutte queste cose sono apportatrici di salvezza, per amore del Dio onnipotente e per la salvezza della mia anima e per il bene di tutti i miei genitori e parenti, le chiese che tenevo in mia proprietà, vale a dire santa Gerusalemme e san Salvatore che sono site in **aterno** (A), consegnando concedo alla santa chiesa **Theatine** (B) e a te domino Rainulfo venerabile vescovo e ai tuoi successori con tutte le loro pertinenze restituendo e confermando alla santa chiesa **Theatine** la plebe dei santi Lorenzo e Domiziano. Ai piedi poi di **aterni** e presso la porta che guarda indietro contro il mare la chiesa di san Tommaso apostolo, invero al di fuori della chiesa di san Nicola la terra, la vigna, le case dentro e fuori, la decima del ponte e del porto e le offerte dei vivi e dei morti. Se alcun uomo **aternensium** ha qualche possesso delle predette chiese lo tenga e ne goda i frutti fino al sopraggiungere della sua morte. Invero dopo il suo trapasso ritorni il possesso senza alcun contrasto alla chiesa o alle chiese a cui sia noto che appartengono. In simile modo anche il castello **furca** con boschi e pascoli e tutte le cose a loro pertinenti, liberamente e senza vincoli concediamo e doniamo al predetto santo vescovado **Theatino**, tranne il bosco **sambuceti** che finché io vivrò e vivranno i miei eredi sia in comune fra gli uomini **aternensibus** e la chiesa **Theatine**. Dopo il trapasso mio e dei miei eredi invero lo stesso bosco lasciamo libero e senza vincoli al predetto santo vescovado. Inoltre invero la peschiera, il castello **Sculcule**, il castello **Lastinianum**, e, nella contea **Theatino**, il castello **sancti Cesidii**, con tutte le

Sculcule castellum Lastinianum. et in Theatino comitatu castellum sanctii Cesidii. cum omnibus eorum pertinentiis prescripto episcopo Theatino dando restituimus et confirmamus. In bucclanico aecclesiam sancti Salvatoris et sancti Angeli cum decimis castelli et plebem sancti silvestri. et decimas sancti Angeli in tufinio et decimas castellorum omnium que in Theatino episcopatu sub nostro sunt dominio. et quod Theatina ecclesia in septo tenet. et ecclesiam sancti Nycolai de monteoderisii cum ecclesia sancti salvatoris que est infra castellum. et ecclesiam sancti petri que est. foris ad pedem castelli cum omnibus earum pertinentiis. Super hec omnia que in hac carta scripta sunt et castella et homines qui hic scripti non sunt quos theatina ecclesia tenet confirmamus ut nulli hominum serviant nisi prephate Theatine ecclesie. et tibi dompno Rainulfo venerabili episcopo. tisque successoribus. et neque in districtioibus. neque in iustitiis neque in dominationem aliquam in alienam potestatem ordinentur sed semper in potestate sancte theatine ecclesie persistent. Si autem aliquis eis de possessionibus eiusdem ecclesie alicui dederit et in eorum suorumve filiorum dominium post mortem episcopi devenerit. illud aecclesia restitui sine aliqua fraude et violentia precipiendo volumus. et hoc ideo ordinamus ne aelemosine nostre quas nos prephate aecclesie theatine tisque dompno Rainulfo venerabili episcopo et tuis successoribus pro redemptione peccatorum nostrorum dantes offerimus. nolumus ut si de his nostris elemosinis. aliquid per episcopum donum habuerint in suum hereditarium ius sibi vindicare presumant. Hoc aetiam concedendo confirmamus ut si aliquis nostrorum hominum prephate aecclesie Theatine aliquid de suis rebus et possessionibus. aut eorum heredes dare voluerint libere et sine contradictione offerre potestatem habeant. Si quis autem hoc nostrum donum et restitutionem aut confirmationem quam nos facimus. temerario ausu. vel diabolo istigante infringere minuere. disturbare molestare per se aut suos complices presumpserit. aut si aliquo tempore nos vel nostros heredes aliquid

loro pertinenze, dando al predetto vescovado **Theatino** restituiamo e confermiamo. In **bucclanico** la chiesa del santo Salvatore e di sant'Angelo con le decime del castello, e la pieve di san Silvestro, e le decime di **sancti Angeli in tufinio**, e le decime di tutti i castelli che nella diocesi **Theatino** sono sotto il nostro dominio e che la chiesa **Theatina** tiene in **septo**, e la chiesa di san Nicola di **monteoderisii** con la chiesa del santo Salvatore che é dentro il castello, e la chiesa di san Pietro che é fuori ai piedi del castello, con tutte le loro pertinenze. Oltre a tutte queste cose che sono scritte in questo atto anche i castelli e gli uomini che qui non sono scritti e che la chiesa **theatina** tiene, confermiamo affinché nessun uomo servano se non la predetta chiesa **Theatine** e te domino Rainulfo venerabile vescovo e i tuoi successori. Né nei rigori né nella giustizia né in alcun dominio in potere di altri siano ordinati ma sempre persistano in potestà della santa chiesa **theatine**. Se poi qualcuno avrà dato alcuno dei possedimenti della stessa chiesa ad altri e in dominio loro o dei loro figli dopo la morte al vescovado pervenisse, ordinando vogliamo che quello sia restituito alle chiese senza alcun inganno e violenza. E ciò pertanto ordiniamo che le nostre elemosine che noi nel dare offriamo alla predetta chiesa **theatine** e a te domino Rainulfo venerabile vescovo e ai tuoi successori, non vogliamo che se *alcuni* avranno nei loro possedimenti qualcosa di queste nostre elemosine per dono dei vescovi, presumano di rivendicare diritti per sé. Questo anche concedendo confermiamo che se qualcuno dei nostri uomini volesse dare qualcosa delle cose e dei possedimenti propri o dei loro eredi alla predetta chiesa **Theatine**, abbia facoltà di offrire liberamente e senza contrasto. Se altresì qualcuno questo nostro dono e restituzione o conferma che noi facciamo, con ardire temerario o per istigazione del diavolo presumesse di violare, diminuire, disturbare, molestare di per sé o con suoi complici o se in qualche tempo noi o i nostri eredi cercassimo di sottrarre qualcosa prendiamo obbligo di pagare come ammenda alla santa chiesa **Theatine** cinquanta libbre d'oro. E se alcun nostro esecutore o viceconte osasse fare qualsivoglia contrarietà o molestia a riguardo di questa nostra deliberazione, sappia che perderà la nostra grazia e dovrà pagare

<p>subtrahere quesiverimus. sancte Theatine aeccliesie quinquaginta libras auri componere obligamus. Et si ullus noster minister aut vicecomes ausus fuerit facere ullam contrarietatem vel molestationem de ista nostra constitutione. sciat se nostram perdere gratiam. compositurum centum solidos auri purissimi. medietatem predicto episcopo et medietatem camere nostre. Ista donazione. restitutione. et confirmatione firma et stabili omni tempore permanente. Hoc itaque consentiente filio meo Roberto factum est in presentia subscriptorum. Quam traditionem et restitutionem te Andream notarium scribere iussimus. et a nostro tipario plumbeo sigillari precipimus. Data in lanzano.</p> <p>✘ Ego Robertus comes comitum signum sancte crucis propria manu. feci.</p> <p>✘ Ego unfridus filius radulfi signum crucis feci.</p> <p>✘ Ego Willelmus scalfonus signum crucis feci.</p> <p>✘ Ego Berardus burscella signum crucis feci.</p> <p>✘ Ego robertus rusini signum crucis feci.</p> <p>✘ Ego robertus de mer signum crucis feci.</p> <p>✘ Ego bambo octaviani filius signum crucis feci.</p>	<p>come ammenda cento solidi di oro purissimo, metà al predetto vescovado e metà alla nostra camera, rimanendo questa donazione, restituzione e conferma solida e stabile in ogni tempo. Questo pertanto fu fatto con il consenso di mio figlio Roberto in presenza dei sottoscritti. La quale consegna e restituzione a te Andrea notaio ordinammo di scrivere e prescrivemmo che fosse contrassegnata con il nostro sigillo di piombo. Data in lanzano.</p> <p>✘ Io Roberto, conte dei conti, il segno della santa croce di <i>mia</i> propria mano feci.</p> <p>✘ Io Unfrido, figlio di Radolfo, il segno della croce feci.</p> <p>✘ Io Guglielmo scalfonus il segno della croce feci.</p> <p>✘ Io Berardo burscella il segno della croce feci.</p> <p>✘ Io Roberto rusini il segno della croce feci.</p> <p>✘ Io Roberto de mer il segno della croce feci.</p> <p>✘ Io Bambo, figlio di octaviani, il segno della croce feci.</p>
--	---

Note:

(A) Corrisponde all'odierna Pescara.

(B) Corrisponde all'odierna Chieti.

✧ Quia iusta petentibus annuere recta postulantibus condescendere condecet immo iuxta domini preceptum indubitanter: oportet quia etiam sapientibus et insipientibus nos debitores esse cognoscimus. Willelmus troiane sedis episcopus (1) licet indignus canonicorum meorum consensu. ecclesie meae consultu gloriosi quoque ducis Rogerii interventu et rogatu. tibi venerabilis frater. Guarine. et beati. Laurentii abbas venerande tuisque successoribus aeccliam sancti iohannis que dicitur de monte cum omnibus suis pertinentiis et etiam cum parrochia sua. in perpetuum concedo. dono et trado. quin etiam ad possidendum. habendum spiritualiter et seculariter per omnia committo. Et ut nostri iuris fuisse prefatam aeccliam recognoscas. mihi meisque successoribus in assumptione beatae et virginis mariae per omnem annum te debere vestrosque successores. persolvere incunctanter unciam auri unam aut tantundem valens scias. Et si quis ex nostris parrochianis veniens ad mortem ibi iudicium fecerit. et ex eodem morbo obierit omnium mobilium medietatem mihi meisque successoribus tribuat. Cetera vero eiusdem aecclie permaneant. Si qui etiam clerici canonici qui ibi ordinati ad regendam aeccliam fuerint. scelerum correptionem a nobis nostrisque successoribus suscipiant. et ammoniti ad nostram sinodum venire non rennuant. Si quis contra nostrae concessionis decretum venire temptaverit. episcopus dux. vel princeps commonitus ter vel quater etiam emendare noluerit. corpore et sanguine domini ita careat ut nisi per emendationem suscipere nullo modo audeat. et ab aeccliae accessu nisi respuerit extors maneat.

✧ Ego Guillemus troianus episcopus subscripsi

✧ Ego leo decanus subscripsi.

✧ Ego petrus archipresbyter subscripsi hoc.

✧ Ego alferius subscripsi.

✧ Ego desiderius presbyter subscripsi.

✧ Ego odoaldus presbyter me subscripsi.

✧ Poiché secondo i precetti del Signore è senza dubbio cosa conveniente acconsentire a chi chiede cose giuste e a chi desidera cose rette, certamente si deve perché anche ai saggi e ai non saggi noi sappiamo di essere debitori, *io* Guglielmo, vescovo sebbene indegno della sede **troiane**, con il consenso dei miei canonici ed il consiglio della mia chiesa, per intervento anche e richiesta del glorioso duca Ruggiero, a te venerabile fratello Guarino, venerando abate del beato Lorenzo, e ai tuoi successori, la chiesa di san Giovanni detta **de monte** con tutte le sue pertinenze ed anche con la sua parrocchia in perpetuo concedo, dono e consegno ed anche affido affinché in tutto sia posseduta e tenuta spiritualmente e temporalmente. E affinché tu riconosca che la predetta chiesa è nostra di diritto, a me ed ai miei successori nell'assunzione della beata e vergine Maria tu e i tuoi successori dovete pagare senza esitazioni ogni anno un'oncia d'oro o qualcos'altro che sia equivalente. E se qualcuno dei nostri parrochiani avvicinandosi alla morte ivi facesse giudizio e della stessa malattia morisse sia attribuito a me ed ai miei successori la metà di tutti i suoi beni mobili e le altre cose invero rimangano alla stessa chiesa. Inoltre i chierici canonici che ivi fossero ordinati a reggere la chiesa, accettino da noi e dai nostri successori la correzione dei misfatti e ammoniti non rifiutino di venire al nostro sinodo. Se qualcuno tentasse di venire contro il decreto della nostra concessione, vescovo, duca o principe, e ammonito tre o quattro volte non volesse fare ammenda, in tal modo sia privato del corpo e del sangue del Signore che non correggendosi in nessun modo osi e rimanga fuori dall'ingresso nella chiesa finché non si penta.

✧ Io Guglielmo, vescovo **troianus**, sottoscrissi.

✧ Io Leone decano sottoscrissi.

✧ Io Pietro arcipresbitero ciò sottoscrissi.

✧ Io Alferio sottoscrissi.

✧ Io Desiderio presbitero sottoscrissi.

✧ Io Odoaldo presbitero sottoscrissi.

Note:

(1) Guillemus Trojae Antistes Ughello ignotus nunc

(1) Guglielmo, Vescovo di Troia, ignoto ad Ughelli, ora

primum ex hac membrana in lucem producitur.

per la prima volta viene alla luce da questa pergamena.

✧ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno sexto decimo sed et iohannes porfilogenito magno Imperatore eius filio anno quinto. die undecima mensis iunii indictione quinta neapoli: Certum est me stephano qui nominatur musha filio quondam iohanni. ego autem cum voluntate munda coniugis mea. abitoribus de loco qui vocatur pumilianu foris arcora dudum aqueductus: A presenti die promptissima voluntate pro dei omnipotentis amore et salvationis anime mee et de memorata munda coniugis mea ut hic et in futuro seculo requie et adiutorium invenire valeamus. offero et trado vobis domino iacobo venerabili iugummonasterii sanctorum sergii et bachii atque theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiario. et cuncta vestra congregatione monachorum ipsius sancti et venerabilis vestri monasterii. et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio sanctorum theodori et sebastiani. idest integra portio de terra mea quod est per mensuram modium unum atque passum ferreum memorate neapolitane ecclesie. posita vero in memorato loco pumilianum. una cum arboribus fructiferis vel infructiferis et cum introitu suo omnibusque eis pertinentibus. coherente sibi ab uno latere terra ipsius sancti et venerabilis vestri monasterii sicuti inter se terminus exfinat. de alio latere. et de uno capite alia terra mea que in mea reservavi potestate ut inter se delimita, dall'altro capo la terra di Giovanni detto **de gaytu** quomodo inter se delimita. Di cui dunque niente rimase o riservai né affidai ad altra persona dello stesso moggio della predetta terra mia e di tutte le sue pertinenze, con il suo ingresso da dove ivi si deve entrare, che sopra ho offerto a voi a e tramite voi al vostro stesso santo e venerabile monasterio. Di modo che da ora e d'ora innanzi da me a voi e tramite voi al vostro stesso santo e venerabile monasterio sia offerto e consegnato lo stesso integro moggio della mia predetta terra, con tutte le cose pertinenti allo stesso moggio, affinché lo abbiate e possediate e ne prendiate ivi i frutti per sempre. Né da me predetto Stefano detto **musha**, figlio del predetto

✧ Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nel decimo sesto anno di impero del signore nostro Alessio grande imperatore ma anche nel quinto anno di Giovanni porfirogenito suo figlio grande imperatore, nel giorno undicesimo del mese di giugno, quinta indizione, **neapoli**. Certo è che io Stefano detto **musha**, figlio del fu Giovanni, io inoltre con il consenso di Munda coniugis mia, abitanti del luogo chiamato **pumilianu foris arcora** già dell'acquedotto, dal giorno presente con promptissima volontà per amore di Dio onnipotente e per la salvezza dell'anima mia e della predetta Munda coniugis mia, per poter trovare pace e aiuto qui e nel futuro seculo, offro e consegno a voi domino Giacomo, venerabile egumeno del monastero dei santi Sergio e Bacco e di Teodoro e Sebastiano chiamato **casapicta** sito in **viridiario** e a tutta la vostra congregazione di monaci del vostro stesso santo e venerabile monastero e tramite voi al vostro stesso santo e venerabile monastero dei santi Teodoro e Sebastiano, il mio integro pezzo di terra, che è come misura un moggio secondo il passo ferreo della predetta chiesa **neapolitane**, sito invero nel predetto luogo **pumilianum**, con gli alberi fruttiferi o infruttiferi e con il suo ingresso e tutte le cose ad esso pertinenti, confinante da un lato con la terra del vostro stesso santo e venerabile monastero come tra loro un termine delimita, dall'altro lato e da un capo con un'altra terra mia che riservai in mia potestà come tra loro delimita, dall'altro capo la terra di Giovanni detto **de gaytu** come tra loro delimita. Di cui dunque niente rimase o riservai né affidai ad altra persona dello stesso moggio della predetta terra mia e di tutte le sue pertinenze, con il suo ingresso da dove ivi si deve entrare, che sopra ho offerto a voi a e tramite voi al vostro stesso santo e venerabile monastero. Di modo che da ora e d'ora innanzi da me a voi e tramite voi al vostro stesso santo e venerabile monastero sia offerto e consegnato lo stesso integro moggio della mia predetta terra, con tutte le cose pertinenti allo stesso moggio, affinché lo abbiate e possediate e ne prendiate ivi i frutti per sempre. Né da me predetto Stefano detto **musha**, figlio del predetto

abendum et possidendum seu frugiandum ibidem illud usque in sempiternum. et neque a me memorato stephano qui nominatur musha filio iamdicti iohannis ego autem cum voluntate memorata munda conius mea habitatoribus de memorato loco pumilianum. neque a meis heredibus. nullo tempore numquam vos memorato domino iacobo venerabili igummeno ipsius monasterii sanctorum theodori et sebastiani et cuncta vestra congregatione monachorum ipsius sancti et venerabilis vestri monasterii aut posteris vestris memoratoque vestro monasterio. quod absit abeatibus de ex ipsum que vobis et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio offerui ut super legitur aliquando quacunque requisitione aut molestiam per nullum modum nec per summissis personis a nunc et in perpetuis temporibus. insuper omni tempore ego et heredes mei vobis vestrisque posteris memoratoque vestro monasterio illud antestare et defendere debeamus ab omni omnino omni que personas. asque omni data occasione: veruntamen stetit et firmamus inter nobis ut quandoque mihi placuerit me monachu facere in ipso sancto et venerabili vestro monasterio. vos et posteris vestris me ibidem gratis recipere debeatis et me gratis ibidem monachum facere et habere debeatis sicuti ceteris monachi de ipsa vestra congregatione ipsius vestri monasterii sine omni atmaricatione: Quia ita nobis stetit. Si autem ego aut heredes mei vel alia quavis persona quobis tempore contra. anc chartula offertionis ut super legitur venire presumpserimus. et in quacumque partem ea irrita vel bacua facere quesierit per se aut per summissis personis sub anathematis binculis sit obligatus a trecentorum decem et octo patrum abeatque maledictione a deo. omnipotentis et da duodecim apostoli et at viginti quattuor seniores abeatque partem cum anna et cayfa et cum iuda proditore domini nostri ihesu christi et cum omnibus hereticis atque scismaticis et aperiat terra et deglutiat eum sicut deglutit dathan et abiron ut in die iudicii ante commune iudicem ubi omnes assistunt nudus et redituri sunt de propriis factis ratione sit damnandus. insuper componat ipse et suos heredes at

Giovanni, io inoltre con la volontà dell'anzidetta Munda coniuge mia, abitanti del suddetto luogo **pumilianum**, né dai miei eredi, in nessun tempo mai voi anzidetto domino Giacomo, venerabile egumeno del monastero dei santi Teodoro e Sebastiano, e tutta la vostra congregazione di monaci del vostro stesso santo e venerabile monastero o i vostri posteri e il vostro predetto monastero, che non accada, abbiate mai qualsiasi richiesta o molestia a riguardo di ciò che, come sopra si legge ho offerto a voi e tramite voi al vostro stesso santo e venerabile monastero, in nessun modo né tramite persone subordinate, da ora e in perpetuo. Inoltre, in ogni tempo io e i miei eredi dobbiamo sostenere e difendere ciò da ogni uomo e da ogni persona per voi e i vostri posteri e per il vostro predetto monastero senza mancare alcuna data occasione. Tuttavia fu tra noi stabilito e confermiamo che quando a me sarà gradito farmi monaco nel vostro santo e venerabile monastero, voi e i vostri posteri mi dovete accogliere lì gratuitamente e mi dovete fare ed avere lì come monaco gratuitamente come gli altri monaci della vostra congregazione del vostro monastero senza alcuna obiezione. Poiché così fu tra noi convenuto. Se poi io o i miei eredi o qualsiasi altra persona in qualsiasi tempo osasse venire contro questo atto di offerta, come sopra si legge, e in qualsiasi parte cercasse di renderlo inefficace o nullo direttamente o tramite persone subordinate sia costretto con il vincolo dell'anatema da trecentodieci e otto Padri e sia maledetto da Dio onnipotente e dai dodici Apostoli e da ventiquattro Anziani e condivida la sorte di Anna e Caifa e di Giuda traditore del Signore nostro Gesù Cristo e di tutti gli eretici e scismatici e si apra la terra e lo inghiotta come ingoiò Dathan e Abiron affinché nel giorno del giudizio sia condannato davanti al comune Giudice dove tutti si presentano nudi e rendono conto della ragione delle proprie azioni. Inoltre paghi come ammenda lo stesso ed i suoi eredi alla parte che vi mantiene fede ed ai suoi eredi sessanta solidi aurei bizantei e questo atto di offerta, come sopra si legge, sia fermo, scritto per mano di Stefano curiale, a cui fu chiesto di scrivere per l'anzidetta quinta indizione. ✠ Questo è il segno ✠ del predetto Stefano detto **musha**, lo stesso invero con la volontà

<p>partem fidem serbantis eiusque heredes auri solidos sexaginta bythianteos. et hec chartula offertionis ut super legitur. sit firma scripta per manus stephani curialis quem scribere rogatus per memorata quinta indictione ✘ hoc signum ✘ memorato stephano qui vocatur musha. Ipse vero cum voluntate de memorata vona conius sua quod ego qui memoratus pro eis subscripsi ✘</p> <p>✘ ego gregorius curialis testis subcripsi ✘</p> <p>✘ ego iohannis filius domini stefani testi subscripsi ✘</p> <p>✘ ego iohannis filius domini ursi iudex testi subscripsi ✘</p> <p>✘ ego stephanus Curialis complevi et absolvi per memorata indictione ✘</p>	<p>dell'anzidetta vona coniuge sua, che io predetto per loro sottoscrissi. ✘</p> <p>✘ Io Gregorio curiale come teste sottoscrissi. ✘</p> <p>✘ Io Giovanni, figlio di domino Stefano, come teste sottoscrissi. ✘</p> <p>✘ Io Giovanni, figlio di domino Urso, giudice come teste sottoscrissi. ✘</p> <p>✘ Io Stefano curiale completai e perfezionai per l'anzidetta indizione. ✘</p>
--	---

✧ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno sexto decimo sed et Iohannes porfilogenito magno Imperatore eius filio anno quinto. die septima mensis iulii indictione quinta neapoli: Certum est nos landolfo et iohannes uterinis germanis filiis quidem stephani qui nominatur muscha. et quedam munda iugalium personarum abitoribus de loco qui vocatur pumilianu foris arcora dudum aqueductus. nos autem cum voluntate memorati stephani genitorum nostri: A presenti die promictimus vobis dominus iacobus venerabilis igumeno. monasterii sanctorum sergii et bachii quod nunc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiario. et cuncta vestra congregatione monachorum ipsius sancti et venerabilis vestri monasterii: propter integras duas petias de terra ipsius vestri monasterii pertinentes. positas vero in memorato loco pummilianum. et sunt in uno coniuncte sicuti inter una et alia terras exfinat. set una ex ipse petie est per mensura modium unu. at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie. que vobis et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio. offerui per firmissima chartula offertionis. memorati stephani qui nominatur muscha genitorum nostro. cum voluntate de memorata munda coniuge sua genitrice nostra. per ordine sicut ipsa chartula offertionis vestra declarat. simul cum arboribus fructiferis vel infructiferis et cum introitibus suis omnibusque eis pertinentibus. et coheret sibi insimul at memoratas ambas petias de iamdictas terras ab uno latere et de uno capite terra de ipso genitorum nostro sicut inter se exfinat. de alio latere carraria ipsius vestri monasterii. et a foris ipsa carraria iterum et alia terra ipsius vestri monasterii. de alio capite terra iohanni qui nominatur de gayta. de ex ipso loco qualiter inter se exfinat. hec autem ambe petie de memorata terra vestra ipsius sancti vestri monasterii pertinentes. ut super legitur. cum suis omnibus pertinentibus sicut superius legitur.

✧ Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nel decimo sesto anno di impero del signore nostro Alessio grande imperatore ma anche nel quinto anno di Giovanni porfirogenito suo figlio grande imperatore, nel giorno settimo del mese di luglio, quinta indizione, **neapoli**. Certo è che noi Landolfo e Giovanni, fratelli uterini figli invero di Stefano detto **muscha** e di Munda, coniugi, abitanti del luogo chiamato **pumilianu foris arcora** già dell'acquedotto, noi inoltre con il consenso del predetto Stefano genitore nostro, dal giorno presente promettiamo a voi domino Giacomo, venerabile egumeno del monastero dei santi Sergio e Bacco che ora è congregato nel monastero dei santi Teodoro e Sebastiano chiamato **casapicta** sito in **viridiario** e a tutta la vostra congregazione di monaci del vostro stesso santo e venerabile monastero, per gli integri due pezzi di terra appartenenti al vostro stesso monastero, siti invero nel predetto luogo **pummilianum** e che sono l'un l'altro adiacenti siccome una terra delimita l'altra, ma uno degli stessi pezzi è di misura moggia uno secondo il passo ferreo della santa chiesa **neapolitane**, che a voi e tramite voi al vostro stesso santo e venerabile monastero ha offerto mediante fermissimo atto di offerta l'anzidetto Stefano detto **muscha** genitore nostro con il consenso della predetta Munda coniuge sua e genitrice nostra, nel modo come il vostro stesso atto di offerta dichiara con gli alberi fruttiferi o infruttiferi e con i suoi ingressi e con tutte le cose ad essi pertinenti e confina parimenti con ambedue i pezzi delle predette terre da un lato e da un capo la terra del nostro stesso genitore come tra loro delimita, dall'altro lato la carraia del vostro stesso monastero e davanti alla stessa carraia parimenti un'altra terra del vostro stesso monastero, dall'altro capo la terra di Giovanni detto **de gayta** dello stesso luogo come tra loro delimita. Inoltre, ambedue questi pezzi della vostra predetta terra appartenenti al vostro santo monastero, come sopra si legge, con tutte le cose a loro appartenenti, come sopra si legge, avete dato a noi e ai nostri eredi a tenere e lavorare per certo in quella condizione che in noi e nei nostri eredi sia la potestà di tenerli e

nobis nostrisque heredibus. dedistis at detinendum seu laborandum. in eo enim tenere quatenus illud in vestra vestrisque heredibus sint potestate. tenendi et dominandi. seu laborandi. cum vobes et conciatorias et operarios. subta vel omnia expensa. caucumminas et vites per omni annuo apto tempore ibidem ponendi et plantandi. et de nostra semmente illud semminandi alium omnia et in omnibus queque ibidem necessum fuerit. et indigerit nos et heredes nostris illud facere et peragere debeamus. at nostrum expendium. et omnia quodcumque ibidem de inferius per annum nobis dominus deus dederit in quolibet seminatum. in nostra nostrisque heredibus sint potestate faciendi que voluerimus. set tantummodo nos et heredes nostris vobis vestrisque posteris memoratoque vestro monasterio. de ex ipsa petia que ex ipsa terra hab antea fuit pertinente ipsius vestri monasterii terraticum de quale victum ibidem seminaberimus per omni annuo in extate. Idest quartas quinque vonum siccum tractum et mensuratum at culmu intus ipso vestro monasterio gratis sine omni atmaricatione. vinum vero mundum et saccapanna quantum de illa arbustum de ex ipse ambe petie de memorata terra ipsius vestri monasterii pertinentes ut super legitur. nobis per annum dominus deus dederit at palmentum nostrum que abemus in memorato loco. ubi nos et heredes nostris illud vindemiaberimus inter nobis illud dividere debeamus per medietatem. unde vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio exinde tollere debeatis medietatem. et nos et heredes nostris. similiter exinde alia medietatem. set nos et heredes nostris illud vindemmiare debeamus at nostrum expendium. et donec illud vindemiaberimus vobis enutrire debeamus duas personas. ominum que ibi supra. at standum direxeritis ut iustum fuerit et quantas aquas necessum fuerit. per annum at ponendum in illa vinacia de ex ipse ube per memoratas saccapanna faciendum. nos et heredes nostris ibidem illa ponere debeamus at nostrum expendium. set ipsa medietate vestra que de ex ipsu vinum mundum et saccapanna per annum vobis vestrisque posteris memoratoque vestro

possederli e di lavorarli con buoi e attrezzi e operai assumendoci ogni spesa, di porre e piantare ivi ogni anno nel tempo adatto propaggini e viti e di seminarli con nostra semente. E ogni altra cosa e in tutto che ivi fosse necessario noi e i nostri eredi lo dobbiamo fare e compiere a nostre spese. E ogni e qualsiasi cosa che ogni anno ivi Domineddio avrà dato a noi di sotto in qualsivoglia seminato, sia in noi e nei nostri eredi la facoltà di farne quel che vorremo. Ma, soltanto, noi e i nostri eredi *dobbiamo dare* ogni anno in estate a voi e ai vostri posterli e al vostro predetto monastero per il pezzo *di terra* che da prima fu appartenente al vostro monastero il terratico di quale alimento ivi semineremo, vale a dire cinque quarte, buono, secco, misurato al gambo e trasportato dentro il vostro monastero gratuitamente senza alcuna protesta. Invero il vino mondo e il vinello quanto a noi ogni anno dalle piante di ambedue i pezzi della predetta terra appartenenti al vostro monastero, come sopra si legge, Domineddio avrà dato, presso il nostro torchio, che abbiamo nel predetto luogo dove noi e i nostri eredi vendemmieremo, lo dobbiamo dividere tra noi a metà. Di cui voi e i vostri posterli e il vostro predetto monastero dovete pertanto prendere metà e noi e i nostri eredi similmente dunque l'altra metà. Ma noi e i nostri eredi dobbiamo vendemmiare a nostre spese e finché vendemmieremo dobbiamo nutrire per voi due persone che ivi manderete a soprastare come sarà giusto. E quanta acqua sarà necessario ogni anno per porre nelle vinacce delle stesse uve per fare l'anzidetto vinello, noi e i nostri eredi la dobbiamo porre ivi a nostre spese. Ma la metà vostra del vino mondo e del vinello che dunque ogni anno verrà a voi e ai vostri posterli e al vostro predetto monastero, noi e i nostri eredi dobbiamo ivi conservare per voi nelle nostre botti fino a tre giorni e voi la dovete pertanto far portare a vostre spese. E per niente voi o i vostri posterli o il vostro predetto monastero presumiate né abbiate licenza in qualsiasi tempo di togliere in nessun modo a noi e ai nostri eredi ambedue i predetti pezzi della suddetta terra del vostro monastero con tutte le cose a loro pertinenti, come sopra si legge, se noi e i nostri eredi bene li lavoriamo e piantiamo alberi e viti come sarà opportuno e giusto e adempiamo per voi tutte le

monasterio exinde venerit nos et heredes nostris vobis ibidem illud conserbare debeamus in organeis nostris usque in die tertia. et vos vobis exinde illud atducere faciatis. at vestrum expendium. et nullatenus presummetis vos aut posteris vestris memoratoque vestro monasterio nec abeatis licentiam. aliquando tempore. memorate ambe petie de memorata terra ipsius vestri monasterii. cum suis omnibus pertinentibus. ut super legitur. nobis nostrisque heredibus tollere per nullum modum. vene nos et heredes nostris illud lavorantes et arbustantes de arvores et vites quomodo meruerit et sicut iustum fuerit et omnia memorata vobis adimplentes qualiter superius legitur. et vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio. nobis nostrisque heredibus illud defendere debeatis ab omni omnes omni que personas et si nos et heredes nostris vonum illud non lavoraberimus et arbostaberimus. de arvores et vites quomodo meruerit et sicut iustum fuerit. et omnia memorata vobis adimplentes licentiam abeatis nobis illud tollere et dare cui volueritis sicuti et quomodo in omnibus illud declarat alia simile chartula recapitulata que vos nobis exinde fecistis. Quia ita nobis stetit si autem et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis tunc componimus nos et heredes nostris vobis vestrisque posteris memoratoque vestro monasterio. auri solidos quadraginta bythianteos. et hec chartula ut super legitur. sit firma scripta per manus stephani curialis quem scribere rogatus per memorata quinta indictione ✕ hoc signum ✕ memoratis germanis ipsi vero cum voluntate memorati genitori sui quod ego qui memoratos pro eis subscripsi ✕

✕ ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi ✕

✕ ego gregorius curialis testis subscripsi ✕

✕ ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi ✕

✕ ego stephanus curialis complevi et absolvi per memorata indictione ✕

cose anzidette, come sopra si legge. E voi e i vostri posterì e il vostro predetto monastero dovete difenderli per noi e per i nostri eredi da ogni uomo e da ogni persona. E se noi e i nostri eredi non li lavoreremo bene e non pianteremo alberi e viti come sarà opportuno e giusto e non adempiremo per voi tutte le cose menzionate, abbiate licenza di toglierli a noi e di darli a chi vorrete, come e nel modo in cui lo dichiara l'altro simile atto di riepilogo che pertanto voi avete fatto a noi. Poiché così fu tra noi stabilito. Se poi in qualcosa offendessimo in qualsiasi modo o tramite persone subordinate allora noi ed i nostri eredi paghiamo come ammenda a voi ed ai vostri posterì ed al vostro predetto monastero quaranta solidi aurei bizantei e questo atto, come sopra si legge, sia fermo, scritto per mano di Stefano curiale, a cui fu chiesto di scrivere per l'anzidetta quinta indizione. ✕ Questo è il segno ✕ degli anzidetti fratelli, gli stessi invero con la volontà del loro predetto genitore, che io anzidetto per loro sottoscrissi. ✕

✕ Io Giovanni, figlio di domino Sergio, come teste sottoscrissi. ✕

✕ Io Gregorio curiale come teste sottoscrissi. ✕

✕ Io Giovanni, figlio di domino Sergio, come teste sottoscrissi. ✕

✕ Io Stefano curiale completai e perfezionai per l'anzidetta indizione. ✕

✧ In nomine domini salvatoris nostri ihesu christi dei eterni. Anno ab Incarnatione eius Millesimo nonogesimo septimo. et septimo decimo anno principatus domini saecundi Richardi gloriosissimi principis. Mense iulii quinta Indictione. Ego Ihon filius hermenioht de genere britannorum ortus habitator scilicet aversanae urbis meae saluti domino inspirante consulere cupiens et aeternae beatitudinis requiem in sanctorum societate desiderans diuque in animo volvens quibus modis id assequi possem statui ob salutem et redemptionem animae patris mei. et animae matris meae. et animarum omnium consanguineorum meorum. et ob mei et uxoris meae salutem. Hec quae subter asscribuntur deo et Monasterio domini salvatoris sito in insula maris offerri. Igitur ex concessione et voluntate dominorum meorum scilicet secundi Richardi gloriosissimi principis domini mei. et iobberti de ponte indulfi. Do. trado. atque offero. deo et prephato Monasterio domini salvatoris et domino Urso eiusdem monasterii venerabili abbati suisque successoribus in perpetuum. Una videlicet Integram petiam de terra. quae est infra fines liguriae loco qui dicitur feciata. petiaque ipsa de terra clamatur campus rosali. suntque insimul undecim modii de terra et medius. quae his subscriptis finibus declaratur atque finitur. A parte orientis finitur in terra prescripti monasterii domini salvatoris. A parte vero occidentis finitur in terra aeclesie sanctae dei genitricis et virginis mariae de forignano pizzulo. et in terra iohannis filii cuiusdam mincionis. A parte vero septemtrionis finitur in terra hominum de feciata qui dicuntur coppa canis. et in terra petri filii cuiusdam maionis. A parte vero meridiei finitur in via puplica. Item do. trado. atque offero deo et prescripto monasterio domini salvatoris et prephato domino Urso eiusdem monasterii venerabili abbati suisque successoribus in perpetuum. sex videlicet modios de terra qui sunt infra fines prescriptos liguriae. loco qui dicitur scarafina. qui his subscriptis finibus finiuntur et declarantur. Ab una parte quae est a parte

✧ Nel nome del Signore Salvatore nostro Gesù Cristo Dio eterno, nell'anno millesimo novantesimo settimo dalla sua incarnazione e nel decimo settimo anno di principato del signore Riccardo secondo gloriosissimo principe, nel mese di luglio, quinta indizione. Io **Ihon**, figlio di **hermenioht**, per nascita della stirpe dei Britanni, abitante vale a dire della città **aversanae**, volendo con l'ispirazione di Dio provvedere alla mia salvezza e desiderando la pace dell'eterna beatitudine in compagnia dei santi e rimuginando a lungo nell'animo in quali modi potessi conseguire ciò, ho deciso per la salvezza e la redenzione dell'anima di mio padre e dell'anima di mia madre e delle anime di tutti i miei consanguinei e per la salvezza mia e di mia moglie, di offrire queste cose che sotto sono scritte a Dio e al monastero del Signore Salvatore sito in **insula maris**. Pertanto per concessione e con il consenso dei miei signori, vale a dire Riccardo secondo gloriosissimo principe signore mio e **Gioberto de ponte indulfi**, do, consegno e offro a Dio e al predetto monastero del Signore Salvatore e a domino Urso, venerabile abate dello stesso monastero, e ai suoi successori in perpetuo un integro pezzo di terra che è entro i confini della **liguriae** nel luogo detto **feciata** e lo stesso pezzo di terra si chiama **campus rosali** e sono parimenti undici moggia e mezzo di terra ed è dichiarato e delimitato con i sottoscritti confini: dalla parte di oriente finisce nella terra del predetto monastero del Signore Salvatore, invero dalla parte di occidente finisce nella terra della chiesa della santa genitrice di Dio e vergine Maria di **forignano pizzulo** e nella terra di Giovanni figlio di tale **mincionis**, dalla parte di settentrione invero finisce nella terra degli uomini di **feciata** che sono chiamati **coppa canis** e nella terra di Pietro figlio di tale Maione, dalla parte di mezzogiorno invero finisce sulla via pubblica. Parimenti do, consegno e offro a Dio e al predetto monastero del Signore Salvatore e all'anzidetto domino Urso, venerabile abate dello stesso monastero, ed ai suoi successori in perpetuo sei moggia di terra che sono entro i confini anzidetti della **liguriae** nel luogo detto **scarafina** che sono dichiarate e delimitate con i sottoscritti confini:

orientis finiuntur in terra aecclesiae sancti iohannis de aversa. Ab alia vero parte. quae est a parte occidentis. finiuntur in terra nunc est deserta. A parte tertia. quae est a parte septemtrionis. finiuntur in terra mea quam michi reservavi. A quarta parta quae est parte meridiei. finiuntur in alia terra deserta. Item do. trado. atque offero. deo et iam nominato monasterio domini salvatoris et prescripto domino Urso eiusdem monasterii venerabili abbati suisque successoribus in perpetuum. Octo videlicet modios de terra cum uno fundo. qui sunt infra prescriptos fines liguriae in vico qui dicitur casa puzzana. Do quoque et trado atque offero deo. et prescripto monasterio domini salvatoris et prephato domino Urso eiusdem monasterii venerabili abbati suisque successoribus in perpetuum. eos omnes curtisanos qui in prescripto fundo de casa puzzana habitant vel habitaverint. ut census. et dationes. et angarias. et quicquid michi et predecessoribus meis facere et persolvere soliti sunt. iam memerato monasterio domini salvatoris et memerato domino Urso venerabili abbati suisque successoribus faciant et persolvant. Hos omnes prescriptos modios de terra quos predixi cum sepibus et limitibus et cum omnibus rebus eis adiacentibus subter et super et cum viis in eis intrandi et exiendi. et hec omnia qualiter memoratus sum et supra leguntur. deo et iam sepius prenominato monasterio domini salvatoris et prenominato domino Urso venerabili abbati suisque successoribus do. trado. atque offero. ad habendum et dominandum et possidendum in perpetuum. et faciendum de eis et in eis omnem hutilitatem prephati monasterii domini salvatoris et abbatum seu prepositorum atque custodum eius. Remota omni contrarietate et molestatione mea et heredum vel successorum meorum. aliorumque omnium mortalium hominum. Quod si quis heredum vel successorum meorum aut ego. aliquo adveniente tempore. huius dationis et oblationis. diabolo instigante contemptor aut violator esse presumpserit decem libras auri purissimi prephato Monasterio domini salvatoris et prephato domino Urso venerabili abbati vel suis successoribus

✧ **Nel** nome del Signore nostro Gesù Cristo, nel nono anno di impero del Glorioso signore **Iohanne**, nel mese di maggio, quinta indizione. Noi, di cui i nomi sono **sbimmirus**, già figlio di Giovanni Zito, e Castaldo, già figlio di Guisenolfo, e Maraldo, figlio del fu Sicone, e Guiso, già *figlio* di Nandenolfo, della città di **siponti**, presente Besanzio giudice e altri buoni uomini sotto scritti, volontariamente offriamo e consegniamo le terre nostre che sono per confini: primo confine la palude **bulara**, secondo confine il sentiero, terzo confine la piccola palude detta **brazzu de petri cecina** come discende fino alla via **medianam**, quarto confine la predetta via **mediana** vicino la terra di Sassone già figlio di Maraldo, alla chiesa di san Leonardo, che è sita nel territorio della predetta città sopra la predetta palude **bulara**, per l'anima nostra e dei nostri genitori, non richiedendo a voi o ai vostri eredi per conto della predetta chiesa altro launegildo se non soltanto messe e preghiere. E pertanto in mano tua domino Vito, priore della predetta chiesa, avete con te Benedetto, già figlio del predetto Nandenolfo, come tuo avvocato, a te predetto domino Vito priore abbiamo dato anche volontaria guadia che tu accetti avendo con te il predetto avvocato, con me il suddetto Castaldo come garante, che né noi né alcuno dei nostri eredi annulliamo questa anzidetta offerta ma anzi la difendiamo per voi ed i vostri successori contro tutti quelli che vi molestassero in nostro nome. Contro il quale se agissimo o se noi pertanto vi portassimo in causa paghiamo come ammenda a voi ed ai vostri posteri cento buoni solidi d'oro romanati, permanendo sempre fermo questo atto. Io anzidetto Castaldo fideiussore a te predetto domino Vito priore ed ai tuoi posteri do licenza di pignorare *le cose che per consuetudine* sono concesse e proibite finché tutte le cose che ho scritto sono adempiute per voi. Io Leone notaio diedi assistenza. Adempì

W^fo⁺⁺B⁺⁺ d'FENSOR BESANTIVSE T^fENSOR

✘ Signum manus luponis olim filius sassonis monachi.	✘ Segno della mano di Lupone, già figlio di Sassone monaco.
✘ Signum manus gaiderisii quondam filius petracce.	✘ Segno della mano di Gaiderisio, figlio del fu petracce .

Note:

(A) Vedi note del doc. 596. Il 9° anno di impero decorre dal 1118 in cui Giovanni II Comneno divenne imperatore titolare, dopo 26 anni di associazione con Alessio.

✠ **I**n nomine sanctae et individuae trinitatis ego iohannes voluntate dei squillacinae sedis episcopus sanctorum patrum precedentium vestigia secutus. facta eorum et decreta religiosa volo imitari. venerari. et pro posse meo conservare inviolata. Monasterium igitur quod dicitur. Sancta Maria de turre. cui preest venerabilis pater Bruno. lanuinus prior. liberum esse laudo. assero. et confirmo. qua libertate a Rogerio comite est fundatum. a beato papa Urbano donatum. ab antecessore meo beatae memoriae theodoro episcopo confirmatum. Noverit ergo fidelis quisque et amator veritatis prefatum monasterium. insuper locum illum qui arsafia dicitur de quo predictum monasterium dotatum est. cum omnibus pertinentiis suis. et cum omnibus hominibus tam de clero quam de populo quos ad presens supradictum monasterium habet. vel in posterum habiturum est. de extraneis quoque omnibus qui in potestate ipsius monasterii habitant. vel habitaturi sunt. hac libertate donatum ut nec ego nec quilibet successorum meorum ullum episcopale ius ibi habeat. absque communi spontanea voluntate fratrum predicti monasterii. Consecrationes. ordinationes. crisma. caeterasque episcopalis officii indigentias a quo potissimum voluerint episcopo consequantur. longe vel prope. et non sit qui prohibeat. decime eorum ipsis sint. offensa subiectorum et correctio ad eos respiciat. Haec quae diximus auctoritate et privilegio antecessoris mei theodori natione greci confirmata sunt. Haec et nos privilegio presenti et auctoritate quam a deo consecuti sumus testificamur. confirmamus ut nec mihi ipsi quandoque aliter quod absit sapienti. vel alicui successorum meorum haec violare liceat. Si quis igitur pertinaciter hanc sententiam nostram veraciter prolatam. scriptam. signatamque in signum stabilitatis ingenio vel potentia delere studuerit. deleatur et ipse de libro viventium. assentientibus vero et defendentibus pax et vita cum vivente et regnante in secula seculorum. Amen.

Datum est autem hoc privilegium. VII. Idus Maii. anno ab incarnatione domini. M.XC.VIII. indictione VII. dominica post

✠ **N**el nome della santa e indivisibile Trinità, io Giovanni, per volontà di Dio vescovo della sede **squillacinae**, seguendo le orme dei santi padri precedenti, voglio che le loro azioni e i loro decreti siano imitati e rispettati e conservarli inviolati secondo la mia forza. Pertanto il monastero chiamato santa Maria **de turre** a cui presiede il venerabile padre Brunone, con Lanuino priore, lodo, dichiaro e confermo che è libero nella libertà in cui fu fondato dal conte Ruggiero, donato dal beato papa Urbano e confermato dal mio predecessore di beata memoria vescovo Teodoro. Conosca dunque ogni fedele e amante della verità che il predetto monastero sopra quel luogo detto **arsafia** di cui l'anzidetto monastero è dotato con tutte le sue pertinenze e con tutti gli uomini sia del clero sia del popolo che in presente il predetto monastero ha o in futuro avrà, anche per tutti gli estranei che nei possedimenti dello stesso monastero abitano o abiteranno, ebbe il dono di questa libertà che né io né qualsiasi dei miei successori ivi abbia alcun diritto episcopale senza comune spontanea volontà dei frati del predetto monastero, Consacrazioni, ordinazioni, crisma, e altre necessità dell'ufficio episcopale che specialmente volessero ottengano dal vescovo, lontano o vicino, e non sia chi le proibisca. Le loro decime degli stessi siano, le offese dei sottoposti e la correzione ad essi spetti. Queste cose che abbiamo detto sono state confermate con l'autorità ed il privilegio del mio predecessore Teodoro della nazione greca e queste cose anche noi con il presente privilegio e con l'autorità che ci proviene da Dio attestiamo e confermiamo affinché né a me stesso allorché, che non accada, diversamente intenda o ad alcuno dei miei successori queste cose sia lecito violare. Se dunque qualcuno questa nostra dichiarazione veracemente presentata, scritta e contrassegnata nel segno della stabilità, cercasse con ostinazione di annullare con l'artificio o la forza, sia lo stesso cancellato dal libro dei viventi da quelli che invero assentono e difendono la pace e la vita con chi vive e regna nei secoli dei secoli. Amen.

Questo privilegio è dato nel giorno VII dalle Idi di maggio (A), nell'anno MXCVIII

<p>ascensionem domini prima. Anno ordinationis domini iohannis episcopi squillacenorum primo. presente domino henrico. neocastrensi pontifice.</p> <p>✠ Ego iohannes episcopus squillacensis. confirmando propria manu subscripsi.</p> <p>Ego henricus neocastrensis episcopus testis propria manu subscripsi.</p> <p>Ego iohannes squillacensis. episcopi cappellanus huius rei testis subscripsi.</p> <p>Ego guillelmus diaconus huius rei testis sum.</p> <p>Ego alfredus neocastrensis aeccliesie cantor huius rei testis sum.</p> <p>Ego gisllaudus neocastrensis ecclesie canonicus hoc signum feci ✠</p> <p>Ipsa die quo in hanc cartulam nostrum sigillum impressimus: basilium cussinellum supradictis nostris fratribus irrevocabiliter dedimus.</p>	<p>dall'incarnazione del Signore, VII (→ VI) (B) indizione, nella prima domenica dopo l'ascensione del Signore, nel primo anno dell'ordinazione di domino Giovanni, vescovo squillacenorum, presente domino Enrico pontefice neocastrensi.</p> <p>✠ Io Giovanni, vescovo squillacensis, confermando con la <i>mia</i> propria mano sottoscrissi.</p> <p>Io Enrico, vescovo neocastrensis, come testimone con la <i>mia</i> propria mano sottoscrissi.</p> <p>Io Giovanni, cappellano del vescovo squillacensis, come teste di questo atto sottoscrissi.</p> <p>Io Guglielmo diacono sono testimone di questo atto.</p> <p>Io Alfredo, cantore della chiesa neocastrensis, sono testimone di questo atto.</p> <p>Io gisllaudus, canonico della chiesa neocastrensis, feci questo segno. ✠</p> <p>Nello stesso giorno in cui abbiamo contrassegnato con il sigillo questo nostro atto, irrevocabilmente abbiamo dato Basilio cussinellum ai nostri anzidetti fratelli.</p>
--	---

Note:

(A) 9 maggio.

(B) Maggio 1098 corrisponde alla VI e non alla VII indizione. Pertanto o l'indizione è erronea oppure bisogna ipotizzare che l'anno sia stato calcolato con il metodo greco alternativo e che quindi l'anno moderno è il 1099.

✠ In nomine domini nostri ihesu christi. Anno ab incarnatione eius Millesimo. Nonagesimo. octavo. Mense Iulii. Indictione sexta: Quia pro salute anime sue unusquisque fidelis ad superna debet vigilantibus oculis inspicere. et desiderare qualiter posset inferni penas evadere. et ihesu christo domino nostro sibi placato valeat ad eterna gaudia pervenire: Idcirco ego Robbertus de molina in presentia Iohannis iudicis. et aliorum plurimum bonorum subscriptorum hominum castri mei Sancti Iuliani. pro salute animarum parentum meorum. et pro remedio peccatorum meorum. offero. do. atque confirmo Monasterio Sancti Iuliani. in quo parentum meorum corpora sepulta esse noscuntur. et cui ad presens dompnus Guarnerius monachus monasterii Sancti Laurentii de aversa pro parte eiusdem ecclesie preest. ecclesiam sancti Pauli quam habeo in territorio castri mei sancti Iuliani. cum omnibus possessionibus suis Libris et pannis. que prefato Monasterio sancti Iuliani propinquior esse videtur. ad habendum. tenendum. possidendum. amodo et usque in sempiternum. Et ut supradicta offertio. datio. atque confirmatio firma permaneat in perpetuum. obligo me. et heredes meos omnesque successores meos per penam librarum duarum auri ipsi monasterio componendarum ipsam ecclesiam sancti pauli. cum omnibus possessionibus suis supradicto Monasterio sancti Iuliani. quod monasterio sancti Laurentii de aversa subditum est. defendere et antestare ab omni calumpniante persona. Nichil penitus. nullam omnino conditionem videlicet michi. vel meis successoribus de ecclesia ipsa reservans. Et insuper ut supradicta offertio. datio atque confirmatio maioris roboris firmitatem obtineret. ad preces meas Dominus Guarinus venerabilis abbas sancti Laurentii de aversa. habitis secum supradicto Guarnerio priore sancti Iuliani. et fratre Gilberto priore sancte marie incerche. et fratre Raimfrido. et fratre Normanno. monasterii sui monachis. et me precipiente omnibus presbiteris Castri mei sancti Iuliani sibi astantibus excommunicavit volentes ipsam ecclesiam sancti pauli cum

✠ Nel nome del Signore nostro Gesù Cristo, nell'anno millesimo novantesimo ottavo dalla sua incarnazione, nel mese di luglio, sesta indizione. Poiché per la salvezza della propria anima ciascun fedele deve guardare alle cose superiori con occhio attento e ricercare in qual modo possa sfuggire alle pene dell'inferno e ottenere in pace con Gesù Cristo nostro Signore di pervenire alle eterne gioie, perciò io Roberto **de molina**, in presenza del giudice Giovanni e di molti altri buoni uomini sottoscritti del mio castro di **Sancti Iuliani**, per la salvezza delle anime dei miei genitori e per il sollievo dei miei peccati, al monastero di san Giuliano in cui è noto sono sepolti i corpi dei miei genitori e a cui in presente presiede domino Guarnerio, monaco del monastero di san Lorenzo di **aversa**, per conto della stessa chiesa, offro, do e confermo la chiesa di san Paolo che ho nel territorio del mio castro di **sancti Iuliani** e che risulta essere alquanto vicina al predetto monastero di san Giuliano, con tutti i suoi possedimenti, i suoi libri e panni, affinché sia avuta e tenuta e posseduta da ora e per sempre. E affinché l'anzidetta offerta, donazione e conferma salda rimanga in perpetuo obbligo me ed i miei eredi e tutti i miei successori sotto pena di due libbre d'oro da comporre allo stesso monastero a difendere e sostenere, contro qualsiasi persona che la calunni, la chiesa di san Paolo con tutti i suoi possedimenti per il sopradetto monastero di san Giuliano che è sottoposto al monastero di san Lorenzo di **aversa**. Vale a dire, niente del tutto, nessuna condizione senza dubbio, riservando a riguardo della stessa chiesa per me o per i miei successori. E inoltre affinché l'anzidetta offerta, donazione e conferma ottenesse la fermezza di una maggiore forza a seguito di mie preghiere domino Guarino, venerabile abate di san Lorenzo di **aversa**, avendo con sé il sopradetto Guarnerio, priore di san Giuliano, e frate Gilberto, priore di santa Maria **incerche**, e frate Raimfrido e frate Normanno, monaci del suo monastero, e per mio comando presenti tutti i presbiteri del mio castro di **sancti Iuliani** scomunicò quelli che volessero, oggi o in futuro, molestare o in qualsiasi modo sottrarre la stessa chiesa di san Paolo con i suoi possedimenti al predetto monastero di san Giuliano che è

possessionibus suis supradicto monasterio sancti Iuliani. quod subditum est ut supra diximus monasterio sancti Laurentii de aversa. molestare. vel aliquo modo subtrahere tam presentes quam futuros. Et ut hec mea offertio datio atque confirmatio firma ac stabilis in perpetuum perseveret: presens scribturn te Adenulfum castri mei sancti Iuliani Notarium scribere rogavi. Actum In ecclesia sancti Iuliani.

✘ EGO QUI SUPRA IOHANNES IUDEX.

✘ Signum manus domini Robberti de molina.

- ✘ Ego aimo de trigentia testis.
- ✘ Ego Roggerius ponti testis.
- ✘ Ego Paganus de rivo valido testis.
- ✘ Ego Iohannes savinus testis
- ✘ Ego Petrus archipresbiter testis.
- ✘ Ego Iohannes grifo testis.
- ✘ Ego Landulfus filius gisolphi testis.
- ✘ Ego Iohannes deperto testis.
- ✘ Ego Iohannes adi testis.

sottoposto come sopra abbiamo detto al monastero di san Lorenzo di **aversa**. E affinché questa mia offerta, donazione e conferma rimanga sicura e stabile in perpetuo chiesi di scrivere il presente atto a te Adenolfo, notaio del mio castro di **sancti Iuliani**. Redatto nella chiesa di san Giuliano.

✘ Io anzidetto Giovanni giudice.

✘ Segno della mano di domino Roberto **de molina**.

✘ Io **aimo de trigentia** teste.

✘ Io Ruggiero **ponti** teste.

✘ Io Pagano **de rivo valido** teste.

✘ Io Giovanni Savino teste.

✘ Io Pietro arcipresbitero teste.

✘ Io Giovanni Grifo teste.

✘ Io Landolfo, figlio di Gisolfo, teste.

✘ Io Giovanni **deperto** teste.

✘ Io Giovanni **adi** teste.

✧ In nomine patris. et filii. et spiritus sancti amen. Anno ab incarnatione domini millesimo nonagesimo. VIII. Indictione. VI.^a Ego Rogerius comes sycilie et calabriæ. veniens squillacium ab obsidione capuæ. audivi proclamationem quam fecerunt quidam squillacenses veterani. XXVIII. die. Iulii mensis. super heremitis. videlicet domino Brunone. lanuino. ceterisque fratribus. Causa autem proclamationis. haec erat. Imponebatur namque fratribus heremitis. quod ipsi terras de oliviana et metabra. atque vineas. veteranis squillacensibus auferrent. Quodcirca ego. Rogerius. ponens determinatum diem placitandi. laicis. misi ad magistrum Brunonem. quatinus fratrem lanuinum cum cartis suis antiquis. transmitteret ad diem constitutum laicis. Qui sine mora ad placitum missus fuit. Ostenditque cartas suas coram omnibus ad placitum residentibus. Quibus lectis repperimus. et reperiendo comprobavimus. quod iniusta et sine causa. accusatio terrarum et vinearum supradictarum. fratribus heremitis imponebatur. Preterea in presentia cunctorum. frater lanuinus cartam quandam presentavit. quam in preterita proxima quadragesima. notarius bonus manu sua scripsit. ubi erat eiusdem rei iudicium quod ipse notarius me precipiente iudicaverat. presente roberto stratigone. ceterisque meis hominibus. Hoc autem fuit iudicium. Quandoquidem nullus potest cartis heremitarum contradicere. ergo ego notarius bonus iudico. quod veterani pergant super terminos harum terrarum. et quod inde diviserint et confirmaverint. et cartae dixerint. possideant libere fratres. sine contradictione alicuius hominis. Statim quatuor homines illius loci adfuerunt. qui super terminos perrexerunt. et diviserunt terram oliviani quae pertinet ad arsifiam. et parati fuerunt sacramento firmare. In hac vero divisione interfuit miles carbonellus. et leo catananz. haec sunt nomina virorum qui terminos terrae diviserunt. Arcu fusco cumtaira. arcu de arcumtissa. licatos de pantaleo. Ihoannes coxare. Termini autem terrae sunt hii. A monte de gasparina. incipit

✧ Nel nome del Padre e del Figlio e dello Spirito Santo, amen. Nell'anno millesimo novantesimo ottavo dall'incarnazione del Signore, sesta indizione. Io Ruggiero, conte di **sycilie** e di **calabriæ**, venendo a **squillacium** dall'assedio di **capuæ** ho sentito il reclamo che hanno fatto alcuni veterani **squillacenses** nel giorno XXVIII del mese di luglio a riguardo degli eremiti domini Brunone e Lanuino e di altri frati. Il motivo del reclamo poi era questo. Era contestato, infatti, ai frati eremiti che gli stessi avessero tolto le terre di **oliviana** e **metabra** e le vigne ai veterani **squillacensibus**. Per la qual cosa io Ruggiero stabilendo un determinato giorno per chiamare in giudizio i laici, mandai messi al maestro Brunone affinché frate Lanuino con le sue antiche carte le rendesse note nel giorno stabilito ai laici. E quello senza indugio fu inviato al giudizio e mostrò le sue carte davanti a tutti i presenti per il giudizio. Lette le quali riscontrammo, e nel riscontrare comprovammo, che ingiusta e senza motivo era l'accusa addossata ai frati eremiti a riguardo delle terre e vigne anzidette. Inoltre, in presenza di tutti, frate Lanuino presentò una certa carta che nella trascorsa ultima quaresima il notaio Bono scrisse di sua mano dove vi era il giudizio a riguardo della stessa cosa che lo stesso notaio per mio comando aveva formulato, presente Roberto **stratigone** e altri miei uomini. Questo poi fu il giudizio. Poiché nessuno può contraddire i documenti degli eremiti, pertanto io notaio Bono giudico che i veterani vadano sopra i confini di queste terre e ciò che quindi avranno diviso e confermato e i documenti avranno detto, possiedano liberamente i frati senza contrasto di alcun uomo. Subito quattro uomini di quel luogo furono pronti ad andare sopra i confini e divisero la terra **oliviani** che appartiene ad **arsifiam** e furono pronti a confermare con giuramento. In questa divisione furono invero presenti i cavalieri Carbonello e Leone **catananz**. Questi sono i nomi degli uomini che divisero i confini della terra: **Arcu fusco cumtaira**, **arcu de arcumtissa**, **licatos de pantaleo**, Giovanni **coxare**. I confini poi della terra sono questi: dal monte **de gasparina** incomincia il primo confine e discende sopra

primus. terminus. et descendit super olivianum ad grossum terminum. et tendit ad montem qui contra est. ubi aecclesia sancti iuliani est. et inde ad moros quae sunt supra fontem. et vadit per mediam vineam papalicasti. sicut vallis incedit. et transit ad vineas super partem de vogesa. et vadit super fontem. et venit ad montem. et descendit ad domum de chucala. et vadit ad declivium de chelefo. Ego autem comes rogerius postquam audivi antiquas cartas et iudicium iam de ipsis terris ac vineis diffinitum. et rusticorum causam contra fratres nil iuris obtinere: in presentia Iohannis episcopi squillacensis et meae coniugis. Adelaidae. presente meo filio simone iam quatuor annorum existente precepi hanc cartam fieri. in qua laudo. et terram prout hic terminatur fratribus concedo. confirmoque quod in suo dominatu tantum obtineant. quod octo paribus boum arare sufficiat. de reliqua vero terra. suam iusticiam recipiant. Si quis vero meorum hominum. vel heredum. contra hanc cartam facere voluerit. perpetuo anathemate feriatur. Petrus de moritorio. huius cartae testis est. Robertus de laina. Toraldus. Carbonellus. Rainaldus. de clincampo. Ubertus de solona. Ego iohannes squillacensis episcopus hanc cartam confirmo et testificor et quicumque infregerit anathemate feriatur. nisi resipuerit. Ego rainaldus capellanus comitis. Rogerii. hanc cartam scripsi.



olivianum fino al grosso termine, e va al monte che é di contro dove é la chiesa di san Giuliano, e di qui ai muri che sono sopra la fonte, e va per mezzo la vigna di **papalicasti** come procede la valle, e passa alle vigne sopra la parte di **vogesa**, e va sopra la fonte, e viene al monte, e discende alla casa di **chucala**, e va al pendio di **chelefo**. Io poi conte Ruggiero dopo che ho udito i documenti antichi e il giudizio già definito a riguardo delle stesse terre e vigne e che la causa dei contadini contro i frati non aveva ottenuto alcun diritto, in presenza di Giovanni, vescovo **squillacensis**, e della mia coniuge Adelaide, presente mio figlio Simone già dell'età di quattro anni, ho comandato che fosse fatto questo atto che approvo. E concedo ai frati la terra come qui é delimitata e confermo che in loro possesso tanto ottengano quanto sia sufficiente ad otto paia di buoi, della rimanente terra invero accolgano la sua giustizia. Se invero qualcuno dei miei uomini e dei miei eredi volesse agire contro questo atto in perpetuo sia oppresso dall'anatema. Pietro **de moritorio** è testimone di questo atto. Roberto **de laina**. Toraldo. Carbonello. Rainaldo **de clincampo**. Uberto **de solona**. Io Giovanni, vescovo **squillacensis**, confermo questo atto e ne sono testimone e chiunque lo infrangesse sia oppresso dall'anatema se non si pentisse. Io Rainaldo, cappellano del conte Ruggiero, ho scritto questo atto.

Urbanus servus servorum dei dilectis in christo filiis. Brunoni. Lanuino. salutem et apostolicam benedictionem. Quia igitur nostri officii interest servorum dei quieti et commodis prout dominus posse dederit providere. petitionibus vestris filii in christo karissimi ac reverentissimi clementer annuimus. Per huius igitur apostolici privilegii paginam apostolica auctoritate concedimus. et firmam. et stabilem. et in perpetuum permansuram confirmamus donationem terrarum quae vobis datae sunt in squillacensi territorio et conscriptae et determinatae. et designatae per terminos certos a dilecto nostro filio. Rogerio. comite. et iohanne confratre nostro squillatino episcopo concedente et confirmante. Viva preterea auctoritate precipimus. statuimus. et ea quae nobis est a deo concessa licentia interdiximus ut ab hac die in antea neque comiti ipsi nec alicui heredum suorum supradictam vestram donationem et hanc nostram confirmationem violare vel decertare in aliquo liceat. neque de his quae confirmamus aliqua se intromittat persona sine vestra voluntate quatinus omnipotentis dei speculationi mentibus liberis insistatis. et ad eius faciei dulcedinem ipso prestante pervenire valeatis. Si qua vero persona aut heres comitis violaverit nisi ad condignam venerit satisfactionem. eam honoris vel officii sui periculo subiacere decernimus. et a christi et aecclesiae corpore segregamus. aut in extremo examine districtae subiaceat ultioni sine intermissione et remedio. Conservantibus autem pax a deo et misericordia presentibus ac futuris seculis conservetur. Amen. Si vero tan legalis comes aut eius heres addere aliquid huic voluerit donationi. sub hac nostra confirmatione ratum esse statuimus. Datum salerni. mense septembri. Indictione VI. Anno ab incarnatione dominica M.º nonagesimo. VIII. Ego rainerius cardinalis subscripsi. Ego iohannes cardinalis subscripsi. Ego A. archiepiscopus subscripsi. Ego amatus capellanus et sacerdos subscripsi. Ego dominicus capellanus subscripsi. Ego constantinus caiacensis episcopus subscripsi.

Urbano servo dei servi di Dio ai dilette figli in Cristo Brunone e Lanuino, salvezza e apostolica benedizione. Poiché dunque è compito della nostra funzione, per quanto il Signore ne avrà data la facoltà, di provvedere alla quiete ed ai bisogni dei servi di Dio, alle vostre richieste, figli in Cristo carissimi e reverentissimi, benignamente acconsentiamo. Pertanto mediante atto di apostolico privilegio con apostolica autorità concediamo e confermiamo ferma e stabile e da mantenere in perpetuo la donazione delle terre che a voi sono state date nel territorio **squillacensi** e assegnate e determinate e designate con certi confini dal nostro diletto figlio conte Ruggiero e con la concessione e conferma di Giovanni confratello, nostro vescovo **squillatino**. Inoltre con viva autorità ordiniamo e stabiliamo e con quella facoltà che a noi è stata concessa da Dio proibiamo che da questo giorno in poi né allo stesso conte né ad alcuno dei suoi eredi la vostra anzidetta donazione e questa nostra conferma sia lecito violare o contrastare in alcun modo né in queste cose che confermiamo si intrometta alcuna persona senza la vostra volontà, affinché persistiate nella contemplazione di Dio onnipotente con menti liberi e possiate pervenire alla dolcezza della sua visione con il suo consenso. Se invero qualsiasi persona o erede del conte violasse questo precetto e non pervenisse a degna soddisfazione, stabiliamo che soggiaccia al pericolo del suo onore o ufficio e lo separiamo dal corpo di Cristo e della Chiesa e nel giudizio finale soggiaccia alla vendetta del giudizio senza intercessione e rimedio. Invece a quelli che lo difenderanno sia da Dio conservata la pace e la misericordia nei secoli presenti e futuri. Amen. Se invero il legittimo conte o il suo erede volessero aggiungere qualcosa a questa donazione stabiliamo che sia approvato con questa nostra conferma. Dato in **salerni** nel mese di settembre, VI indizione, nell'anno M.º novantesimo VIII dall'incarnazione del Signore. Io cardinale **rainerius** sottoscrissi. Io Giovanni cardinale sottoscrissi. Io A. arcivescovo sottoscrissi. Io Amato, cappellano e sacerdote, sottoscrissi. Io Domenico cappellano

(Adest sigillum)

sottoscrissi. Io Costantino, vescovo **caiacensis**,
sottoscrissi. [Manca il sigillo]



Note:

(A) Settembre della VI indizione corrisponde al 1097 e non al 1098. L'anno palesemente è stato calcolato con il metodo greco e corrisponde all'anno moderno 1097.

✠ In nomine domini nostri ihesu christi. anno incarnationis eius millesimo nonagesimo octavo. Indictione sexta. Quoniam quieti et commodis fratribus religiose viventibus omnes concedet auxilium impendere. precipue tamen episcopos et religiosos viros auxilia sive protectiones impendere et subsidium portare. et beneficia offerre iustum est. placuit nobis videlicet. Giraldo. venerabili episcopo fratribusque meis canonicis Ingeranio archipresbitero. et Petro presbitero. et presbitero dominico. et presbitero Hermolao et Iohanne presbitero. et presbitero petro. Tibi tuisque successoribus Guarine. venerabilis abbas cenobii sancti laurentii iuxta adversam positi. Quicquid in acerrano episcopatu ecclesia tua detinet. Scilicet ecclesiam beati cononis. et ecclesiam sancti angeli. et ecclesiam sancti severini. et ecclesiam sancti laurentii. iuxta paludem positam et eisdem ecclesiis intus et foris pertinente sive per se. sive per suos. in terris et in rebus retinere vel habere concedere. permettere ad retinendum. et habendum adiuvere et defendere. et quecumque deinceps predicte ecclesie vel tu vel successores tui. in iamdicto episcopatu quocumque modo iuxta acquisiverit seu habuerit. promittimus ego prephatus episcopus. et iam nominati canonici nostrosque successores. episcopos et canonicos obtestamur in deo et per deum. et obligamus hoc idem agere. custodire et observare. Idest iamdictas ecclesias et res omnes sibi pertinentes tibi tuisque successoribus sancti laurentii abbatibus adiuvere. defendere. et secum habere. Quapropter ego. Giraldu. et omnes nos canonici. promittimus. obligamus et anathematis vinculo constringimus. ut si hec que scripta sunt in omnibus non observaverimus. vel adimpleverimus. non ut episcopi vel catholici. seu ut mendaces. et promissi (A) transgressores in conspectu dei et sanctorum angelorum quo et hominum indubitanter demittimus et habeamus. Quod si requisiti que transgressi sunt non compleverint et per penam anathematis nos nostrosque successores.

✠ Nel nome del Signore nostro Gesù Cristo, nell'anno millesimo novantesimo ottavo della sua incarnazione, sesta indizione. Poiché per tutti é giusto dare aiuto con pace e con beni ai frati piamente viventi, principalmente tuttavia per i vescovi e i religiosi é giusto dare aiuti e protezioni e portare soccorso e offrire benefici, piacque a noi, vale a dire Giraldo, venerabile vescovo, e ai miei fratelli canonici, Ingeranio arcipresbitero e Pietro presbitero e Domenico presbitero e Ermolao presbitero e Giovanni presbitero e Pietro presbitero, a te Guarino, venerabile abate del cenobio di san Lorenzo sito vicino **adversam**, e ai tuoi successori qualsiasi cosa la tua chiesa detiene nella diocesi **acerrano**, vale a dire la chiesa del beato Conone e la chiesa di sant'Angelo e la chiesa di san Severino e la chiesa di san Lorenzo sita vicino alla palude e appartenenti alle stesse chiese dentro e fuori, sia per sé sia per i suoi, in terre e in beni, di mantenere e avere, concedere, permettere che mantenga e abbia, aiutare e difendere. E qualsiasi cosa d'ora innanzi della predetta chiesa sia tu sia i tuoi successori nella predetta diocesi in qualsiasi modo giustamente avrai acquisito o avrai, promettiamo io anzidetto vescovo e i già menzionati canonici e i nostri successori vescovi e canonici, affermiamo solennemente in Dio e per Dio e prendiamo obbligo ciò medesimo di compiere, custodire e osservare, vale a dire le predette chiese e tutte le cose a loro pertinenti per te e i tuoi successori abati di san Lorenzo di aiutare, difendere e possedere. Pertanto io Giraldo e tutti noi canonici promettiamo, prendiamo obbligo e costringiamo con il vincolo dell'anatema che se queste cose che sono state scritte non osserveremo e adempiremo in tutto senza dubbio ci abbassiamo e siamo considerati in cospetto di Dio e dei santi angeli in cui e degli uomini non come vescovi o cattolici ma come mendicanti e trasgressori apertamente riconosciuti. Del che se richiesti i trasgressori che non adempiranno noi e i nostri successori condanniamo con la pena dell'anatema e allontaniamo e segreghiamo dalla presente comunione della chiesa. Dunque, voi venerabile abate Guarino e i vostri frati, poiché sempre abbiamo amato ed amiamo il cenobio di san

<p>condempnamus. et a presentis comunione ecclesia abicimus et segregamus. Ideoque vos venerabilis abbas guarine. et fratres vestri quia cenobium sancti laurentii semper dileximus et diligimus et hec amore dei et vestrum hoc vobis concessimus et gratis permisimus. orationes et bonorum nostrorum omnium nos participes esse speramus. Placuit tamen nobis in obediencie causa. et per vos. et per successores vestros amodo et semper aeccliesie genitricis dei semper virginis Marie per nos successores nostros per omnem annum in festivitate sancte Marie mense augusti debito more offeratis quinquaginta tarenos.</p> <p>✠ Ego Giralduſ episcopus acerranus (1) subscripsi</p> <p>✠ Ego Ingeranius archipresbiter subscripsi</p> <p>✠ Ego Petrus presbyter subscripsi</p> <p>✠ Ego dominicus presbyter subscripsi</p>	<p>Lorenzo e per amore di Dio e vostro perciò questo a voi abbiamo concesso e gratuitamente permesso, noi speriamo di essere partecipi delle preghiere e di tutte le nostre buone cose. Piacque a noi tuttavia che voi e i vostri successori ora e sempre per motivi di obbedienza della chiesa della genitrice di Dio sempre vergine Maria a noi ed ai nostri successori ogni anno nella festività di santa Maria nel mese di agosto con dovuta consuetudine offriate cinquanta tarenis.</p> <p>✠ Io Giraldo, vescovo acerranus, sottoscrissi.</p> <p>✠ Io Ingeranio arcipresbitero sottoscrissi.</p> <p>✠ Io Pietro presbitero sottoscrissi.</p> <p>✠ Io Domenico presbitero sottoscrissi.</p>
--	---

Note:

<p>(1) De Giraldo Acerrano Episcopo eidem solertissimo Ughello (<i>It. Sac. Vol. VI. col. 217</i>) haud comperto in altero ipsius Giraldi Diplomate mentio habetur.</p>	<p>(1) Del Vescovo acerrano Giraldo, ignoto allo stesso solertissimo Ughelli (<i>Italia Sacra</i>, vol. VI, col. 217), si ha menzione in un altro diploma dello stesso Giraldo.</p>
---	---

(A) Leggasi: professi.

✧ **IN NOMINE: DEI: ETERNI: ET SALVATORIS: NOSTRI: IHESU: CHRISTI:** Anno ab Incarnatione eiusdem. Millesimo Nonagesimo octavo. Indictione septima. Gloriosus Rex David spiritu sancto preventus narrabo inquit omnia mirabilia tua. Propter quod Ego **ROGERIUS** divina misericordia Comes Calabrie et Sicilie. notum esse volo omnibus fidelibus christianis. beneficia que michi peccatori concessit deus orationibus Reverendi viri fratris Brunonis piissimi patris fratrum qui habitant in Ecclesiis sancte Marie de heremo. et sancti prothomartyris Stephani. que site sunt in terra mea inter oppidm quod dicitur **Stilum** et **Arenam** cum essem in obsidione **Capue** kalendis Martii et prefecissem sergium natione grecum principem super ducentos armigeros nationis sue et exercitus excubiarum magistrum. Qui satanica suasionem preventus Principi **Capue** promittenti auri non modicam quantitatem ad invadendum me meumque exercitum noctu aditum est pollicitus se prebere. Nox proditionis advenit. et Princeps **Capue** eiusque exercitus iuxta promissum est paratus ad arma. Dumque me sopori dedissem interiecto aliquanto noctis spatio astitit cubili meo quidam senex reverendi vultus. vestibis scissis non valens lacrimas tenere. Cui cum in visu dicerem que causa ploratus et lacrimarum esset visus est michi durius lacrimari. Iterato querenti michi quis esset ploratus. sic ait. fleo animas christianorum teque cum illis. sed exurgens quantocius arma summe. si liberare te deus permiserit tuorum animas pugnantium Hic per totum mihi videbatur velud si esset per omnia venerabilis pater Bruno. Expergefactus sum cum terrore grandi pro visione pavescens. Ilico sumpsit arma. clamans et Militibus ut armati equos assenderent visionem si vera esset satagens comprobare. Ad quem strepitum et clangorem fugientes impius sergius eiusque sequaces. subsequuti sunt principem **Capue** sperantes in dictam Civitatem confugium habituros. Ceperunt autem Milites inter vulneratos et sanos. Centum sexaginta duos. A quibus et visionem fore veram probavimus et rei geste scivimus veritatem. Reversus sum

✧ Nel nome del Dio eterno e Salvatore nostro Gesù Cristo, nell'anno millesimo novantesimo ottavo dalla sua incarnazione, settima indizione. Il glorioso re David raggiunto dallo Spirito Santo disse: "Narrerò tutti i Tuoi miracoli". Pertanto io Ruggiero, per divina misericordia conte di **Calabrie** e **Sicilie**, voglio che siano noti a tutti i fedeli cristiani i benefici che a me peccatore concesse Dio per le preghiere del reverendo uomo frate Brunone, piissimo padre dei frati che abitano nelle chiese di santa Maria **de heremo** e del santo protomartire Stefano che sono site nelle terra mia tra l'oppido chiamato **Stilum** e **Arenam**. Mentre stavo nell'assedio di **Capue** nelle Calende di Marzo e Sergio, principe della nazione dei Greci, era a capo di duecento armigeri della sua nazione e comandante del corpo delle guardie, questi, raggiunto da satanico consiglio, poiché il principe di **Capue** prometteva non piccola quantità di oro per attaccare di notte me e il mio esercito promise che avrebbe permesso il passaggio. Giunse la notte del tradimento e il principe di **Capue** e il suo esercito secondo l'accordo è pronto alle armi. Mentre io dormivo profondamente, trascorsa una parte della notte si avvicinò al mio letto un certo vecchio dal volto venerando con le vesti strappate e che non riusciva a trattenere le lacrime. Al quale allorché dissi per quale motivo piangesse con lacrime in viso mi parve che più fortemente piangesse. Ripetuta la domanda del perché piangesse così mi disse: "Compiango le anime dei cristiani e te con loro. Ma alzandoti al più presto prendi le armi se Dio ti permetterà di salvare le anime dei tuoi soldati". In questo momento in tutto mi sembrava come se fosse in ogni particolare il venerabile padre Brunone. Mi svegliai con grande terrore spaventato per la visione, subito presi le armi chiamando i cavalieri affinché armati salissero sui cavalli, angosciato di verificare se la visione era vera. Al quale strepito e clamore fuggendo l'empio Sergio e i suoi seguaci seguirono il principe di **Capue** sperando di avere rifugio nella detta città. Ma i cavalieri tra feriti e sani ne catturarono cento e sessantadue, dai quali avemmo prova che la visione era vera e

deo volente vicesimo nono Iulii Mensis Squillacium. post habitam Capue civitatem. ubi fui per quindenam continuam infirmatus. Venit vere ad me iam dictus venerabilis pater Bruno cum quatuor de fratribus suis. qui me sanctis devotisque colloquiis. consolati sunt. Cui Reverendo viro et visionem retuli et humiles egi gratias quod de me etiam absente curam in suis orationibus habuisset. Qui se humilians asseruit non ipsum fore quem credidi. sed dei angelum qui stat pro principibus tempore belli. Rogavi quoque ipsum humiliter ut pro dei amore in terra mea Squillacii summere dignaretur largos redditus quos donabam. Renuens ipse recipere dicebat. quod ad hoc domum sui patris meamque dimiserat ut a mundi rebus extraneus. deserviret libere deo suo. Hic fuerat in tota domo mea quasi primus et magnus. Tandem vix cum eo impetrare potui ut gratis acquiesceret summere modicum munus meum. Donavi autem eidem patri Brunoni eiusque successoribus ad habendum in perpetuum absque temporali servitio Monasterium sancti Iacobi de Muntauro. cum Castro quod est subtus dictum Monasterium. antiquitus constructum. Et Castrum ligneum situm in cacumine montis versus mare. qui mons per directum fabricati castris descendit. Quod Castrum Belvidir a loci incolis nuncupatur. Et Casale sancte Marie. quod est ad ripam dicti montis. inter orientem et meridiem. Domum etiam meam cum vinea que Buctarium dicitur cum Buttis que in eadem domo sunt. que fuerunt Roberti Guiscardis fratris mei. et dedit mihi Rogerius dux karissimus nepos meus. Casalia Mentabri et Oliviani. et Gasparitiam ubi antiquitus Casale fuerat cum omnibus pertinentiis eorumdem. sicut hic divise scribuntur. Videlicet a terre coxari que est prope et descendit inde ad tres fontes. et sic descendit Vallonus usque charchisa. et inde ascendit ad magnum terminum. et descendit ad sanctum Nicolaum de arpedoni. ubi est petra cruciata. et vadit ad aream condo. prope marofazolis. et ferit ad Montem callone et descendit inde et vadit ad tritonam sancti Georgii qui est supra puzum. et inde vadit ad divisam pendedactili. et vadit divisa ~~divisa~~ eandem includendo culturam usque ad Mare. et extenditur in Mari. Mille

conoscemmo la verità di quanto compiuto. Con la volontà di Dio dopo aver presa la città di **Capue**, dove fui ammalato per quindici giorni di seguito, sono ritornato nel giorno ventesimo nono del mese di luglio a **Squillacium** e venne invero presso di me il già detto venerabile padre Brunone con quattro dei suoi frati e mi diedero conforto con santi e devoti discorsi. Al quale venerando uomo riportai la visione e umilmente gli chiesi la grazia che di me anche se assente avesse cura nelle sue preghiere. E quello umiliando sé stesso disse che non lui stesso aveva fatto quel che credevo ma l'angelo di Dio che sta al fianco dei principi in tempo di guerra. Con umiltà chiesi anche allo stesso che per amore di Dio nella mia terra di **Squillacii** si degnasse di prendere i grandi proventi che gli davano ma egli rifiutando di accettarli diceva che aveva lasciato la casa di suo padre e la mia affinché separato dalle cose del mondo liberamente servisse Dio che era stato per tutta la mia casata come il più nobile e grande. Tuttavia a mala pena lo potei supplicare affinché senza oneri accettasse di prendere un mio piccolo beneficio. Ho donato dunque allo stesso padre Brunone e ai suoi successori affinché lo abbiano in perpetuo senza servizio temporale il monastero di san Giacomo di **Muntauro** (A) con il castro che è sotto il detto monastero costruito da tempi antichi, e il castro in legno sito sulla cima del monte verso il mare il quale monte direttamente discende al castro in muratura che è chiamato castro **Belvidir** dagli abitanti del luogo, e il casale di **sancte Marie** che è al margine del detto monte tra oriente e mezzogiorno. E anche la casa mia con vigna detta **Buctarium**, con le botti che vi sono nella stessa casa, che fu di Roberto Guiscardo fratello mio e che mi diede il duca Ruggiero carissimo nipote mio, i casali di **Mentabri** e **Oliviani** e **Gasparitiam** dove da tempi antichi era stato casale con tutte le loro pertinenze come qui i confini sono scritti. Vale a dire dalla terra di **coxari** che è vicino *alla croce di chariathi*, e scende di qui **ad tres fontes**, e così discende il vallone fino a **charchisa**, e di qui sale al grande termine, e scende a san Nicola di **arpedoni** dove è la pietra con la croce, e va a **aream condo** vicino **marofazolis**, e porta a monte **callone**, e di qui scende e va all'icona di san Giorgio che è sopra **puzum**, e di qui va al confine di

quingentis passibus. Item sicut primo assumptum est ab eadem terra coxari que est prope crucem chariathi et venit via usque ad crucem que est subtus sanctum Helya. et descendit inde et ferit ad antiquum. et inde descendit et vadit ad divisam grossam usque ad sanctum Iulianum. et inde ferit ad locum ubi sunt duo Mori prope fontem qui est supra sanctam Mariam. et vadit via magna usque subtus Casale Oliviani. totum illud Casale claudendo et inde descendit vallatam per mediam vineam que fuit licasti et inde ascendit ad magnum terminum et ferit ad Buchissa. ubi fuit quidam terminus. et vadit ad fontem qui est prope Monticellum. et inde ad domum zoccali. et vadit ad locum ubi fuit domus chelefii subtus sanctam veneram. et vadit per siccum vallonem usque ad mare. et intrat in mari. Mille quingentis passibus. Omnia enim quecumque infra hos sunt terminos tam Vassallos qui in dictis Casalibus habitant nunc. quam qui habitaturi sunt preter si personali. servitio alicui Baronum meorum. eorum aliquis teneatur. tui iuris tuorumque fratrum tibi succedentium pater Bruno esse concedo. Concedo etiam ut recommendatos habeas tu et successores tui. tam de Comitatu meo Calabrie et Sicilie. quam extra undecumque sint. excepta causa superius nominata. Habitationes Casalium tibi successoribusque tuis quancumque volueritis commutare licebit. Et etiam ipsum Monasterium sancti Iacobi quod donavi. et omnia in eadem et de eadem terra facere. quae ego facere potui cum licebat. Nemini infra has divisas licebit aliquid suum proprium dicere vel habere. cum omnibus qui inibi possessiones habebant voluntarium excambium dederim satis gratum. cui terras cui denarios quibusdam vero quia villani erant perpetuas libertates. Preter tenimentum tantum quod est matris ecclesie Militensium. et est iuxta Gasparitiam. Multe infra has divisas terre sunt que ad te pater Bruno spectant. et successores tuos. quas cum Arsafia dedi maiori ecclesie vestre tempore dedicationis ipsius. Nullus infra has divisas aviare venari aut in Mari piscari audeat sine dictorum fratrum consensu. et de hiis omnibus dicti fratres. habeant iura sua. pascua sumere sive glandes ligna incidere. acqvas divertere. forestas habere vel prata nec quicquam omnino

pendedactili, e il confine va comprendendo gli stessi campi fino al mare, e segue il mare per mille e cinquecento passi. Parimenti come prima é stato iniziato, dalla stessa terra di **coxari** che é vicino alla croce di **chariathi** e la via viene fino alla croce che é sotto **sanctum Helya**, e di qui scende e porta **ad antiquum**, e di qui scende e va al confine grosso fino a san Giuliano, e di qui porta al luogo dove sono due **Mori** vicino alla fonte che é sopra santa Maria, e va per la via grande fin sotto il casale di **Oliviani**, racchiudendo tutto quel casale, e di qui scende la vallata a metà della vigna che fu di **licasti**, e di qui sale al grande termine e porta a **Buchissa**, dove invero vi fu un termine, e va alla fonte che é vicino **Monticellum**, e di qui alla casa di Zocalo, e va al luogo dove fu la casa di Chelefio sotto santa Venere, e va per il vallone secco fino al mare e segue il mare per mille e cinquecento passi. Per certo concedo che siano in diritto tuo e dei tuoi fratelli succedenti a te padre Brunone tutte le cose di qualsiasi tipo che sono entro questi termini, sia anche i vassalli che abitano ora nei predetti casali quanto quelli che ivi abiteranno, tranne che se qualcuno di loro é tenuto in servizio personale di qualcuno dei miei baroni. Concedo anche che tu e i tuoi successori abbiate commenditi tanto della mia contea di **Calabrie** e **Sicilie** quanto di fuori dovunque siano, eccetto i casi sopra menzionati. Sia lecito a te e ai tuoi successori di permutare quando vorrete le abitazioni e i casali e anche lo stesso monastero di san Giacomo che ho donato e di fare nella stessa terra e della stessa terra tutte le cose che io ho potuto fare se erano lecite. A nessuno entro questi confini sia lecito di dire o avere qualcosa come suo proprio poiché a tutti quelli che ivi avevano possedimenti ho dato in volontaria permuta abbastanza doni, a chi terre a chi denari e a chi invero poiché erano villici perpetua libertà. Tranne soltanto la proprietà che é della madre chiesa **Militensium** ed é vicino a **Gasparitiam**. Molte terre tra questi confini sono che spettano a te padre Brunone e ai tuoi successori, le quali detti con **Arsafia** alla maggiore chiesa vostra nel tempo della consacrazione della stessa. Entro questi confini nessuno osi uccellare, cacciare o pescare in mare senza il consenso dei detti frati e di tutte queste cose i predetti frati abbiano i loro diritti, di prendere i pascoli e le

in hiis terris contrafacere vel venire occasione alicuius consuetudinis pretextu nobilis vel Baronis. aut ab eis sive Vassallis et Villanis eorum tam eorum qui sunt quam quos habituri sunt. aut recommendatis aliquid exigere servitii temporalis. nec eosdem vassallos et villanos cogere ut communitates habeant aliquas cum terra squillacii aut seberati. vel Casalium eorundem. sed in solida libertate et ipsorum fratrum usus et dominium preserventur ad perpetuos habituros. Et in Mari iuxta terminos quos taxavi. ius omne habebunt. quod et ego habui temporibus retroactis. Ad petitionem fratris lanuini hic iussi apponi terminos Casalis Arunchi et tenimenti sui. quod ab antiquo pertinet ad Arsafiam et hee divise. A flumine Grizii ex superiori parte Molendini prionisti sicut assendit serra usque ad locum qui dicitur erica. ubi est Vinea spano. et vadit ex transverso ad divisam esditu. et descendit ad flumen arunchi. et sic assendit illud flumen casalis et ferit ad locum qui dicitur selima. et assendit ad divisam grici attici. et assendit ad locum qui dicitur chonesmata et descendit ad fontem qui dicitur chalcon. et vadit via usque ad locum qui dicitur placa supra pantanum coxari et transit ad aquam frigidam que est in divisis azolini et culture Mentauri. et transit ad locum qui dicitur chrima. et ferit ad locum qui dicitur osisi. et vadit ad flumen grizii. et ascendit vallonus siccus usque ad divisam Buccafurri et vadit ex transverso ad culturam que dicitur de Caria. quam claudit et vadit inde ac ferit ad culturam tondam et transit ad castaneum quod dicitur thamasto. et ferit sursum ad magnum terminum qui est supra petri et descendit ad locum qui dicitur catarracti et ad locum qui dicitur terrata. et descendit vallonus et ferit ad flumen grizii. et descendit flumen usque supra molendinum unde inceptum est. Dedi etiam eidem patri Brunoni et successoribus suis Viridiarium sancti Nicolai quod proprium tenebam in manu mea. Dedi etiam eisdem hereditatem Calogerici villani mei qui fuerat sine lingua et filiis. et vassallos et villanos in eodem casali commorantes et cum libertate et usu tranquillo quo sunt et alia loca superius condonata et per meam voluntatem liberata ab omni iure servili tam ad dictos fratres quam ad

✧ In nomine Sancte et Individue trinitatis anno ab incarnatione domini nostri ihesu christi millesimo centesimo. et nonodecimo anno. Regnante domino alexio Imperatore mensis february octavam indictione Ego Goffredus gratia dei omnipotentis Inclitus Comes dominator civitatis monopoli Consideravi omnipotentis dei misericordia et salute anime meae meorumque parentum de propriis facultatibus et michi pertinentibus dare venerabilibus locis et ecclesiis deo dicatis ut regnum sempiternum possim acquirere et vitam possidere pro hac itaque ratione cum affectu magno desiderio per fustem et per hunc scriptum offero atque trado ecclesie sancti nikolay que sita est intus ista civitate in ipsa pinna. Hoc sunt enim terre super ipsi montes in loco qui dicitur acuarulo quas pertinuerunt michi pro murtizzo a parte Romualdo protospathario ex civitate baro et sunt terre ipse ab ipso Turone in omni facie miliario uno usque ubi fecimus ipse Signede Inintegrum ego qui supra comes offerui hec quas predixi terre in prephata ecclesia sicut super diximus ad semper eodem monasterio et eius rectorem abendum dominandum et possidendum et faciendum exinde omnia qualiter eorum voluntatis fuerint Una cum superioribus subterioribusque suis cum trasitis et exitis suis cum omni utilitate de rectore huius ecclesie usque ad vie publice cum aquarie et putee et omnibus infra se abentibus. Recipiente meam offertionem nunc huius monasterii domino Givaldo priore qui rectorem nunc videtur esse ipsius locis Una cum adboctorem suum Godelferio filio laiti trumarchi et qui hunc brebe offertionis disrumpere voluerint omni divina maledictione subiaceat sub iugo anathematis. et pro firmitatis causa hunc. scriptum nostrum offertionis propriis manibus meis Signum sancte crucis Signavi et cum proprio meo sigillo meo nomine continente ad plumbeum feci bullari et in ea precepi testari Iannoccaro Iudex nostre curie Florvaldus Iudex et Leonis Iudicis et scribere per manus troccicus notarius qui interfuit

✧ Signum proprie manu meae qui supra

✧ Nel nome della santa e indivisibile Trinità, nell'anno millesimo centesimo dall'incarnazione del Signore nostro Gesù Cristo e nel decimo nono anno di regno del signore Alessio imperatore, nel mese di febbraio, ottava indizione. Io Goffredo, per grazia di Dio onnipotente illustre conte signore della città di **monopoli**, ho ritenuto opportuno, per la misericordia di Dio onnipotente e per la salvezza dell'anima mia e dei miei genitori, di donare miei propri beni a me appartenenti a luoghi venerabili e a chiese dedicate a Dio affinché io possa conseguire il regno eterno e ottenere la vita. Pertanto per questa ragione con affetto e grande desiderio per investitura e mediante questo scritto offro e consegno alla chiesa di san Nicola che é sita sul monte dentro questa città le terre cioè sopra lo stesso monte nel luogo detto **acuarulo** che appartennero a me per morticinio da parte di Romualdo, protospatario della città di **baro**, e sono le stesse terre dello stesso **Turone** in ogni direzione per un miglio fin dove facemmo il segnale. Per intero io suddetto conte ho offerto queste terre anzidette alla predetta chiesa, come sopra abbiamo detto, affinché sempre lo stesso monastero e i suoi rettori le abbiano, le dominino e possiedano e facciano pertanto tutto quello che sarà la loro volontà. Insieme con tutte le cose soprastanti e sottostanti, con le sue entrate e uscite, con ogni utilità del rettore di questa chiesa, fino alla via pubblica con i canali e il pozzo e con tutte le cose che vi sono entro di esse, ricevendo ora la mia offerta domino Givaldo, priore di questo monastero che ora risulta essere rettore dello stesso luogo, insieme con il suo avvocato Godelferio, figlio del turmarca Laito. E chi volesse annullare questo atto di offerta soggiaccia ad ogni divina maledizione sotto il giogo dell'anatema. E per fermezza contrassegnai questo nostro atto di offerta con le mie proprie mani con il segno della santa croce e feci bollare con il mio proprio sigillo contenente il nome in piombo e in ciò comandai che fossero testimoni Iannoccaro, giudice della nostra Curia, Florvaldo giudice e Leone giudice e che fosse scritto per mano di **troccicus** notaio che diede assistenza.

✧ Segno della propria mano di me anzidetto

<p>Goffridus Inclitus comes.</p> <p>✧ Iudex prescriptus Iannoccarus adprobad istud.</p> <p>✧ FloRvaldus Qui supra Monopolitanus Iudex Hoc quod Super est firmo.</p> <p>✧ leonis civitatis monopoli Iudex qui supra ego</p>	<p>Goffredo illustre conte.</p> <p>✧ Il giudice predetto Iannoccaro approva questo.</p> <p>✧ <i>Io</i> anzidetto Florvaldo, giudice Monopolitanus, confermo quanto sopra.</p> <p>✧ Io anzidetto Leone, giudice della città di monopoli.</p>
--	---

✠ Nos saecundus Richardus divina ordinante clementia Capuanorum princeps. Notum facimus universis filiis sanctae et Catholice aecclesiae. Quoniam ob salutem et Remedium animarum principum. Richardi. scilicet avii. quam et Iordani patris nostri. ac ob statum nostri principatus. In monasterio puellarum Sancti Blaxii. Constructo prope murum nostrae aversanae urbis. subdito videlicet monasterii Sancti Laurentii In quo dominus Guarinus venerabilis abbas preest. In perpetuum damus. tradimus. Concedimus et per hoc videlicet principale scriptum. Confirmamus. decem. petias de terra quae olim fuerunt Siconis ministerialis et sunt in finibus lanei: ex quibus prima et Secunda petia sunt in loco ubi dicitur ad fractam. Prima vero petia hos habet fines. Ab uno latere. est finis terra heredum domino stephano malfride. sunt inde passus. sexaginta. Ab alio vero latere. est finis terra quam olim predicto monasterio sancti blaxii dedimus et Concessimus. sunt inde passus sexaginta et quinque. et abinde sicuti vadit usque in viam publicam. sunt inde passus triginta et quinque Ab uno capite. est finis terra maraldi tusciae sunt inde passus triginta. et quomodo revolvit iuxta terram predicti maraldi. sunt inde passus viginti et septem. Ab alio capite. est finis terra Isembardi. sunt inde passus decem et septem et medium. Secunda petia ibique est et hos habet fines. Ab uno latere. est finis terra Sassi matrone et fratrum eius Ab alio vero latere. finis via publica. sunt per unumquodque latus. passus Sexaginta et quinque Ab uno capite. est finis in terra de herede falconis gaglarde. sunt inde passus viginti. Ab alio vero Capite. est finis terra quam olim in eodem monasterio dedimus et concessimus. sunt inde passus decem et septem. Tertia petia est ad Casoriam habetque hos fines. ab uno latere est finis in terra iohannis alghisi et petri fratris eius. Ab alio vero latere. est finis in terra Sassi matrone. et fratrum eius sunt per unumquodque Latus. passus quinquaginta et septem. Ab uno capite est in terra adenulfi clerici. Ab alio vero in terra filiorum paldi medici. sunt per unumquodque caput passus

✠ Noi Riccardo secondo, per volontà della divina benevolenza principe dei Capuani, rendiamo noto a tutti i figli della santa e cattolica Chiesa che per la salvezza e la redenzione delle anime dei principi Riccardo e Giordano vale a dire il nonno e il padre nostro e per la prosperità del nostro principato, al monastero delle fanciulle di san Biagio costruito vicino alle mura della nostra città **aversanae**, certamente sottoposto al monastero di san Lorenzo in cui presiede domino Guarino venerabile abate, in perpetuo diamo, consegniamo, concediamo e di sicuro mediante questo scritto principale confermiamo dieci pezzi di terra che già furono dell'ufficiale Sicone e sono nei confini del **lanei**. Dei quali il primo e il secondo pezzo sono nel luogo detto **ad fractam**. Il primo pezzo invero ha questi confini. Da un lato é la terra degli eredi di domino Stefano **malfride**, sono di qui sessanta passi. Dall'altro lato invero é la terra che già demmo e concedemmo al predetto monastero di san Biagio, sono di qui sessantacinque passi, e da qui come va fin alla via pubblica, sono di qui trentacinque passi. Da un capo é la terra di Maraldo **tusciae**, sono di qui trenta passi, e come gira vicino alla terra del predetto Maraldo, sono di qui ventisette passi. Dall'altro capo é la terra di Isembardo, sono di qui diciassette passi e mezzo. Il secondo pezzo é ivi e ha questi confini. Da un lato é la terra di Sasso **matrone** e di suo fratello. Dall'altro lato invero é confine la via pubblica, sono per ciascun lato sessantacinque passi. Da un capo é confine nella terra degli eredi di Falcone **gaglarde**, sono di qui venti passi. Dall'altro capo invero é la terra che già demmo e concedemmo allo stesso monastero, sono di qui diciassette passi. Il terzo pezzo é presso **Casoriam** e ha questi confini. Da un lato é la terra di Giovanni **alghisi** e di Pietro suo fratello. Dall'altro lato invero é la terra di Sasso **matrone** e di suo fratello, sono per ciascun lato cinquantasette passi. Da un capo é la terra del chierico Adenulfo. Dall'altro *capo* invero é la terra dei figli di Paldo **medici**, sono per ciascun capo sei passi meno un piede. Il quarto pezzo invero é nel luogo detto **trasolfu** e ha questi confini. Da un lato é la terra degli eredi di Giovanni **de falco**. Dall'altro lato invero

sex minus pedem unum. Quarta vero petia est in loco qui dicitur trasolfu et hos habet fines. Ab uno latere. est finis terra heredum iohannis de falco. Ab alio vero latere est finis subscripta petia. sunt per unumquodque latus. passus quadraginta et octo. Ab uno capite. est finis in terra aecclesie Sanctae dei genitricis virginisque Mariae maioris. Ab alio vero Capite est finis superscripta petia de terra de predicta hede iohannis de falco. sunt per unumquodque Caput. passus decem et septem. Quinta petia in eodem loco est. et hos habet fines. Ab uno latere. est finis subscripta petia. et finis terra heredum iohannis falki. sunt inde passus septuaginta et quinque Ab alio vero latere. est finis in terra predictae aecclesiae Sanctae dei genitricis et virginis. Marie. et terra iohannis sadi. et finis terra predicti monasterii. sunt inde passus sexaginta et octo. Ab uno capite. est finis terra predictae aecclesiae. Sanctae. Mariae. sunt inde passus quadraginta. Ab alio vero capite. est finis prescripta petia de terra et finis terra predicti monasterii. sunt inde passus quadraginta. et tres. Sexta petia ibique est et hos habet fines. Ab uno latere. est finis terra predicti monasterii. sunt inde passus octoaginta. Ab alio vero latere. est finis in terra predicti monasterii. et finis terra iohannis mignocte et fratrum eius. et finis terra sancti angeli. et terra heredum de manso. et finis superscripta petia sunt inde passus similiter octoaginta. Ab uno Capite est finis in subscripta petia. sunt inde passus viginti. Ab alio vero capite est finis terra heredum cuiusdam iohannis sadi. et finis suprascripta petia de terra. sunt inde passus viginti et unum. Septima petia ibique est. et hos habet fines. Ab uno latere. est finis via publica. Sunt inde passus quadraginta. Ab alio vero latere. est finis subscripta petia. sunt inde passus quadraginta et tres. Ab uno Capite. est finis in terra. heredum cuiusdam mansi. sunt inde passus triginta et sex. Ab alio vero capite. est finis in terra iohannis mignocte et fratrum eius. sunt inde passus quadraginta et duos. et ab inde revolvendo. et mensurando intersicum iuxta terra heredum iohannis sadi sunt inde passus quindecim. Octava vero petia ibique est. et hos habet fines. Ab uno latere. est finis in terra predicti iohannis mignocte et fratrum eius. sunt inde


é il sottoscritto pezzo, sono per ciascun lato quarantotto passi. Da un capo é la terra della chiesa della santa genitrice di Dio e vergine Maria maggiore. Dall'altro capo invero é il sottoscritto pezzo di terra dei predetti eredi di Giovanni **de falco**, sono per ciascun capo diciassette passi. Il quinto pezzo é nello stesso luogo e ha questi confini. Da un lato é il sottoscritto pezzo é la terra degli eredi di Giovanni Falco, sono di qui settantacinque passi. Dall'altro lato invero é la terra della predetta chiesa della santa genitrice di Dio e vergine Maria, e la terra di Giovanni Sado, e la terra del predetto monastero, sono di qui sessantotto passi. Da un capo é la terra della predetta chiesa di santa Maria, sono di qui quaranta passi. Dall'altro lato invero é il predetto pezzo di terra e la terra del predetto monastero, sono di qui quarantatré passi. Il sesto pezzo é ivi e ha questi confini. Da un lato é la terra del predetto monastero, sono di qui ottanta passi. Dall'altro lato invero é la terra del predetto monastero, e la terra di Giovanni **mignocte** e di suo fratello, e la terra di sant'Angelo, e la terra degli eredi di Manso, e il soprascritto pezzo *di terra*, sono di qui similmente ottanta passi. Da un capo é il sottoscritto pezzo *di terra*, sono di qui venti passi. Dall'altro capo invero é la terra degli eredi di tale Giovanni Sado e il soprascritto pezzo di terra, sono di qui ventuno passi. Il settimo pezzo é ivi e ha questi confini. Da un lato é la via pubblica, sono di qui quaranta passi. Dall'altro lato invero é il sottoscritto pezzo *di terra*, sono di qui quarantatré passi. Da un Capo é la terra degli eredi di tale Manso, sono di qui trentasei passi, dall'altro capo invero é la terra di Giovanni **mignocte** e di suo fratello, sono di qui quarantadue passi, e da qui girando e andando lungo il pezzo di terra interposto vicino alla terra degli eredi di Giovanni Sado, sono di qui quindici passi. L'ottavo pezzo invero é ivi e ha questi confini. Da un lato é la terra del predetto Giovanni **mignocte** e di suo fratello, sono di qui trentanove passi. Dall'altro lato invero é la terra del predetto monastero, sono di qui altrettanti passi. Da un capo é la terra degli eredi di tale Giovanni **de falco**. Dall'altro capo invero é la terra di Pietro Cicini e la terra di Littefrido, sono per ciascun capo venti passi. Il nono pezzo é ivi e ha questi confini. Da

passus triginta et novem. Ab alio vero latere. est finis in terra predicti monasterii sunt inde passus similiter. Ab uno capite est finis in terra heredum cuiusdam iohannis de falco. Ab alio vero Capite est finis terra petri cicini. et terra littefridi. sunt per unumquodque caput. passus. viginti et Nona petia ibique est et hos habet fines. Ab uno latere. est finis terra heredum iohannis sadi. sunt inde passus triginta et septem. Ab alio vero latere est finis in terra iaquinti. sunt inde passus triginta et novem. Ab uno Capite est via publica. Ab alio vero in terra heredum littefridi. sunt per unumquodque Caput. passus octo. Decima vero petia ibique est. et hos habet fines. ab uno latere. est finis terra predicti monasterii sancti laurentii. Ab alio vero. in terra sanctae Mariae sunt per unumquodque latus. passus viginti et septem. Ab uno capite. est finis terra heredum landonis lucie. sunt inde passus quindecim. Ab alio vero Capite. est finis terra Iacuni. Sikenulfi. sunt inde passus quattuordecim. mensurate omnes predictae petie de terra ad passum landonis seniori galdaldei. Concedimus quoque iterum et confirmamus per hoc principale scriptum in perpetuum in predicto monasterio Sancti blaxii septem petias de terra quae fuerunt cuiusdam gemme caphare. in finibus lanei. et duodecim petias de terra quae fuerunt Iohannis pandulfi ministerialis et sunt in finibus lanei in ipsis locis quos in precepto continet quod inde exinde fecimus. ad eundem monasterium. per fines et mensura. cum omnibus inferioribus ac superioribus earum omni modo qualiter in ipso precepto descriptum est. Concedimus quoque et confirmamus iterum in predicto monasterio. due petie de terris. ex quibus prima est ad campu et secunda ad campu bunituli. quas Guilielmus pinzone nostro concessu in predicto monasterio offeruit. Quam et per interventum Goffridi de ponte indulfi et ihonis filii ermenioth. per hoc videlicet principale scriptum in perpetuum. in predicto monasterio Sancti blaxii Concedimus. ac confirmamus terri filius cuiusdam martini fasane cum fratribus eius et filiis. et cum decem modios de terra quae habent in terra leburie. in loco ubi dicitur ducenta. qualiter. predictus ihon in predicto monasterio pro anima parentum

un lato é la terra degli eredi di Giovanni Sado, sono di qui trentasette passi. Dall'altro lato invero é la terra di Giacinto, sono di qui trentanove passi. Da un capo é la via pubblica. Dall'altro capo invero la terra degli eredi di Littefrido, sono per ciascun capo otto passi. Il decimo pezzo invero é ivi e ha questi confini. Da un lato é la terra del predetto monastero di san Lorenzo. Dall'altro lato invero é la terra di santa Maria, sono per ciascun lato ventisette passi. Da un capo é la terra degli eredi di Landone **lucie**, sono di qui quindici passi. Dall'altro capo invero é la terra di **Iacuni**. **Sikenulfi**, sono di qui quattordici passi. Tutti i predetti pezzi di terra sono misurati secondo il passo del gastaldo Landone senior. Parimenti anche concediamo e confermiamo mediante questo scritto principale in perpetuo al predetto monastero di san Biagio sette pezzi di terra che furono di tale Gemma Cafaro nei confini del **lanei** e dodici pezzi di terra che furono dell'ufficiale Giovanni Pandulfo, e sono nei confini del **lanei** nei luoghi che sono contenuti nel precetto che pertanto facemmo allo stesso monastero per i confini e le misure, con tutte le cose loro sottostanti e sovrastanti, in ogni modo come nello stesso precetto é descritto. Concediamo anche e confermiamo parimenti al predetto monastero due pezzi di terra, dei quali il primo é **ad campu** e il secondo **ad campu bunituli**, che Guglielmo Pinzone per nostra concessione offrì al predetto monastero. Inoltre, per intervento di Goffredo di **ponte indulfi** e di **ihonis** figlio di **ermenioth**, per certo mediante questo scritto principale concediamo e confermiamo in perpetuo al predetto monastero di san Biagio **terri**, figlio di tale Martino **fasane** con i suoi fratelli e figli e con dieci moggia di terra che hanno nella terra di **leburie** nel luogo chiamato **ducenta** come il predetto **ihon** offrì al suddetto monastero per l'anima dei suoi genitori e per la sua salvezza. Tutte queste cose anzidette come qui sopra sono riportate, con tutte le cose loro sottostanti e sovrastanti e con le vie per entrare e uscire di tutte le predette terre, e come qui e in un altro precetto risulta essere contenuto, noi prenominato Riccardo secondo principe **capuanus** mediante questo scritto principale, in perpetuo al predetto monastero di san Biagio diamo, consegniamo, concediamo e confermiamo in possesso e potestà e dominio

suorum et suam salutem optulit. Haec omnia prescripta qualiter hic supra sunt adnotata. cum omnibus inferioribus ac superioribus earum: et cum viis in omnibus predictis terris intrandi et exeundi. et qualiter hic et in alio precepto continere dinoscitur. Nos prenominatus Secundus. Richardus. capuanus princeps per hoc principale scriptum in perpetuum. in prephato monasterio Sancti blaxii. damus. tradimus. concedimus. ac Confirmamus. ad possessionem. et potestatem. et dominationem. Rectoribus atque custodibus iam dicti monasterii faciendo inde ad hac hora et in antea proficuum et utilitatem predicti monasterii. Remota inquietudine. contrarietate. et molestia omnium principum successorum nostrorum. vel viceprincipum. Comitum. vel vicecomitum. Iudicum. Sculdahorum. Castaldeorum aliorumque omnium mortalium persona. Quod Siquis huius nostrae Concessionis et Confirmationis. paginam. Contemptor aut violator in aliquo esse presumpserit. Quinquaginta libras auri purissimi persolvat. Medietatem omnipotenti deo. et predicto monasterio Sancti blaxii martiris christi. et suis rectoribus atque custodibus. et medietatem. nostro sacro palatio. Solutaque pena librarum. hoc principale scriptum cum omnibus que continet. firmum. munitum. atque inviolabile maneat in perpetuum. Et ut hoc firmius credatur. et diligentius ab omnibus observetur. Manu propria illud corroboravimus. et nostri Sigilli inpressione iussimus insigniri.

dei rettori e custodi del già detto monastero affinché ne facciano da quest'ora in poi il profitto e l'utilità del predetto monastero, allontanata *ogni* inquietudine, contrarietà e molestia di tutti i principi nostri successori o di viceprincipi, conti o viceconti, giudici, scudieri, gastaldi e di ogni altra persona mortale. Poiché se qualcuno osasse disprezzare o violare in qualche cosa questo nostro atto di concessione e conferma paghi come ammenda cinquanta libbre di oro purissimo, metà a Dio onnipotente e al predetto monastero di san Biagio martire di Cristo ed ai suoi rettori e custodi e metà al nostro sacro Palazzo, e assolta la pena pecuniaria questo nostro atto principale con tutte le cose che contiene rimanga in perpetuo fermo, difeso e inviolabile. E affinché ciò più fermamente sia creduto e con più diligenza da tutti sia osservato con la *nostra* propria mano lo abbiamo rafforzato e comandammo che fosse contrassegnato con l'impressione del nostro sigillo.



Ex iussione prephate serenissime potestatis Scripsi EGO QUIRIACUS IUDEX. In anno dominice incarnationis M. Centesimo primo. Et Vicesimo primo anno principatus prephati domini Secundi. Richardi. gloriosi principis Capuae DATUM Capuam Mense. Martio. per indictionem nonam.

Per ordine della predetta serenissima potestà scrissi io giudice Quiriaco nell'anno millesimo centesimo primo dell'incarnazione del Signore e nel ventesimo primo anno di principato del predetto signore Riccardo secondo glorioso principe **Capuae**. Dato **Capuam**, nel mese di marzo, nona indizione.

✧ IN NOMINE DOMINI SALVATORIS
NOSTRI IHESU CHRISTI DEI ETERNI:
SECUNDUS RICHARDUS DIVINA
ORDINANTE CLEMENTIA
CAPUANORUM PRINCEPS:
PETITIONIBUS DILECTORUM SUORUM
FIDELIUM CLEMENTER AC BENIGNE
FAVET:

Notum sit omnibus Sanctae et Catholice
aeclesiae filiis. Quoniam Nos secundus
Richardus divina ordinante clementia Capuae
princeps. per interventu Richardi de aquila. et
Guilielmi de pirolo. nec non Cansolini Iudicis
vice nostra. nostrorum dilectorum baronum et
fidelium. Insuper pro salute animarum
principum Richardi scilicet avi. et Iordani
patris nostri. ac ob statum nostri principatus.
In Monasterio beati Laurentii. levite et
martiris christi. sito prope muros nostrae
aversanae urbis. Cui dominus Guarinus
venerabilis abbas prehest: per hoc videlicet
principale scriptum in perpetuum. offerimus.
damus. tradimus. Concedimus. et
Confirmamus. quattuordecim homines quos
Gerbaldus Cappellanus noster tenuit in
matalone. Videlicet Petrus veteranus. Sassus
vulpone. Iohannes presbyter. Stephanus
cazzella. Petrus benedicti. Iohannes alvus.
Ioannes rod Iohannes guerra.
Bernardus. filius cuiusdam masi
Landulfus filius cuiusdam palumbi Stephanus
de sico. Iohannes piponis. Maraldus acinu.
Martinus donadei. Omnes prescripti
quattuordecim homines Cum omnibus Rebus
et possessionibus eorum. et cum fratribus et
nepotibus et filiis et universis heredibus
eorum. qualiter illos tenuit et dominatus est
predictus Gerbaldus. Nos prenotatus
Secundus Richardus Capuanus princeps. per
hoc videlicet principale scriptum in prephato
monasterio Sancti laurentii: offerimus damus.
tradimus. Concedimus. et Confirmamus. ad
possessionem. et potestatem. et dominationem
predicti monasterii. et prephati domini
Guarini venerabilis abbatis. eiusque
successorum in perpetuum. ad faciendum et
persolvendum ipsi omnes in predicto
monasterio. omnem Censum. et dationes.

✧ Nel nome del Signore Salvatore nostro
Gesù Cristo Dio eterno, Riccardo secondo per
volontà della divina benevolenza principe dei
Capuani benignamente e con dolcezza
acconsente alle richieste dei suoi dilette fedeli.


Sia noto a tutti i figli della santa e cattolica
Chiesa che Noi Riccardo secondo, per volontà
della divina benevolenza principe di **Capuae**,
per intervento di Riccardo **de aquila** e
Guglielmo **de pirolo** nonché del giudice
Cansolino nostro vicario, dei nostri dilette baroni
e fedeli ed inoltre per la salvezza delle anime
dei principi Riccardo e Giordano vale a dire il
nonno e il padre nostro e per la prosperità del
nostro principato, al monastero del beato
Lorenzo levita e martire di Cristo, sito vicino
alle mura della nostra città **aversanae**, a cui
presiede domino Guarino venerabile abate,
mediante questo scritto principale in perpetuo
offriamo, diamo, consegniamo, concediamo e
confermiamo quattordici uomini che Gerbaldo
nostro cappellano tenne in **matalone**. Vale a
dire: Pietro Veterano, Sasso **vulpone**, il
presbitero Giovanni, Stefano Cazzella, Pietro
benedicti, Giovanni Alvo, Giovanni **rod**
., Giovanni Guerra, Bernardo figlio di tale
Maso, Landolfo figlio di tale
Palumbo, Stefano **de sico**, Giovanni Pipone,
Maraldo **acinu**, Martino **donadei**. Tutti i
prescritti quattordici uomini, con tutti i loro beni
e possedimenti e con i loro fratelli e nipoti e
figli e con ogni loro erede, come li tenne e
dominò il predetto Gerbaldo, Noi anzidetto
Riccardo secondo principe **Capuanus** mediante
questo scritto principale al predetto monastero
di san Lorenzo offriamo, diamo, consegniamo,
concediamo e confermiamo in possesso e
potestà e dominio del predetto monastero e del
suddetto domino Guarino venerabile abate e dei
suoi successori in perpetuo affinché tutti gli
stessi facciano e paghino per il predetto
monastero ogni tributo e dazione, imposta e
confisca e servizio e ogni altra cosa che
debbono o dovranno fare e pagare per la parte
della cosa pubblica. Inoltre al predetto
monastero mediante questo scritto principale
diamo in cambio per Nicola **maglola** un nostro
uomo, vale a dire Giovanni **de rozza** e i suoi

publicalia et scaditiones. et servitia. et alia omnia que parti rei publice. facere et persolvere debent. aut debuerint. Quam et in predicto monasterio per hoc principale scriptum damus in excambio pro nikolao maglola. Unum nostrum hominem Videlicet Iohannes de rozza. et filios et heredes eius. cum omnibus rebus et possessionibus eius. ut cum iste iohanne qui est habitator in eodem matalone. sint quindecim. ut predictus iohannes et filios et heredes eius. in perpetuum. in predicto monasterio. faciant et persolvant. Censum. et dationes. publicalia et scaditiones. et servitia. et alia omnia que parti rei publice facere et persolvere debent aut debuerint. Item in predicto monasterio Sancti Laurentii. Concedimus et Confirmamus. aecclesiam Sancte dei genitricis virginisque Marie. quae Cappella vocatur. cum omnibus suis pertinentiis. quae est sita foras matalone. videlicet a parte orientis. qualiter Gerbaldus eam tenuit. Simili modo in predicto monasterio. Concedimus et Confirmamus. Integram. unam petiam de terra quae est in territorio matalone. loco Sambucitu. habentem in se decem et octo modios terrae et per hos fines. Ab uno latere. est finis terra quam a nos Rodulfus de ponte ercimfrida retinet. Ab alio vero latere est Coniuncta palude. Ab uno Capite. est finis via publica. Ab alio vero. est finis semita quae vadit ad eandem paludem. una cum omnibus que inferius et superius in ea esse ivenitur. et cum viis. intrandi ibidem et exeundi. et cum sepibus et universis eius pertinentiis. Haec omnia prescripta qualiter hic supraphati sumus. Nos prenotatus Secundus Richardus. Capuanus. princeps. per hoc videlicet principale scriptum. Offerimus. damus. tradimus. Concedimus. et Confirmamus. in perpetuum. in prephato monasterio sancti laurentii. ad possessionem. et potestatem et dominationem iamdicti monasterii. et prephati domini Guarini venerabilis abbatis eiusque successorum faciendo inde utilitatem eiusdem monasterii. Remota omni inquietudine. Contrarietate et molestia omnium principum. successorum nostrorum. vel viceprincipum. Comitum. vel vicecomitum. Iudicum. Sculdahorum. Castaldeorum. Aliorumque omnium mortalium persona. Quod siquis huius nostrae

figli ed eredi con tutti i suoi beni e possedimenti, di modo che con questo Giovanni che abita lo stesso in **matalone** sono quindici, affinché il predetto Giovanni e i suoi figli ed eredi in perpetuo al predetto monastero facciano e paghino i tributi e le dazioni pubbliche e le confische e i servizi e tutte le altre cose che debbono o dovranno fare e pagare alla parte della cosa pubblica. Parimenti al predetto monastero di san Lorenzo concediamo e confermiamo la chiesa della santa genitrice di Dio e vergine Maria chiamata **Cappella** con tutte le sue pertinenze, la quale é sita fuori **matalone**, cioè dalla parte di oriente come Gerbaldo la tenne. In simile modo al predetto monastero concediamo e confermiamo per intero un pezzo di terra che é in territorio di **matalone** nel luogo **Sambucitu** avente in sé diciotto moggia di terra e con questi confini. Da un lato é la terra che da noi tiene Rodolfo di **ponte ercimfrida**. Invero dall'altro lato é adiacente alla palude. Da un capo é confine la via pubblica. Invero dall'altro *capo* é confine il sentiero che va alla stessa palude. Insieme con tutte le cose che si trovano entro di essa sotto e sopra e con le vie per entrarvi e uscirne e con le siepi e con tutte le cose ad essa pertinenti. Tutte queste cose menzionate come qui sopra abbiamo detto, Noi anzidetto Riccardo secondo principe **Capuanus** mediante questo scritto principale offriamo, diamo, consegniamo, concediamo e confermiamo in perpetuo al predetto monastero di san Lorenzo in possesso e potestà e dominio del già detto monastero del predetto domino Guarino venerabile abate e dei suoi successori facendo pertanto l'utilità dello stesso monastero, allontanata ogni inquietudine, contrarietà e molestia di tutti i principi successori nostri o di viceprincipi, conti o viceconti, giudici, scudieri, gastaldi e di ogni altro mortale. Poiché se qualcuno osasse in qualcosa disprezzare o violare questo nostro atto di concessione e conferma paghi come ammenda cinquanta libbre di oro purissimo, metà al predetto monastero e all'anzidetto domino Guarino venerabile abate ed ai suoi successori e metà al nostro sacro Palazzo, e assolta la pena pecuniaria questo nostro principale atto con tutte le cose che contiene rimanga in perpetuo fermo, difeso e inviolabile. E affinché più fermamente sia creduto e con più diligenza da tutti sia

Concessionis et Confirmationis paginam. Contemptor. aut Violator in aliquo esse presumpserit. Quinquaginta libras auri purissimi persolvat. Medietatem predicto monasterio et prephato domino Guarino venerabili abbati: eiusque successoribus. et medietatem nostro sacro palatio. Solutaque pena librarum. hoc nostrum principale scriptum cum omnibus que Continet. firmum. munitum. atque inviolabile maneat in perpetuum. Et ut firmitus credatur. et diligentius ab omnibus observetur. Manu propria illud corroboravimus. et nostri Sigilli inpressione iussimus illud insigniri.

osservato con la *nostra* propria mano lo abbiamo rafforzato e abbiamo ordinato che fosse contrassegnato con l'impressione del nostro sigillo.



- ✘ Ioffridus Iordani.
- ✘ Richardus filius bartholomei.
- ✘ Ihon filius ermenioth.
- ✘ Rodulfus filius Raeli.
- ✘ Iohannes francese.
- ✘ Alamus de Rocca romana.
- ✘ Petrus frantioni.
- ✘ Ruallo filius aymonis.
- ✘ Ciroidus singularis.

Ex iussione prephate serenissime potestatis. Scripsi EGO QUIRIACUS IUDEX In anno dominice Incarnationis. M. Centesimo primo. et Vicesimo primo anno principatus prephati domini Secundi Richardi gloriosi principis Capuae. DATUM in aversana urbem Mense

- ✘ Goffredo, *figlio* di Giordano.
- ✘ Riccardo, figlio di Bartolomeo.
- ✘ **Ihon**, figlio di **ermenioth**.
- ✘ Rodolfo figlio di **Raeli**.
- ✘ Giovanni **francese**.
- ✘ **Alamus de Rocca romana**.
- ✘ Pietro **frantioni**.
- ✘ Ruallo figlio di **aymonis**.
- ✘ Ciroido **singularis**.

Per ordine della predetta serenissima potestà scrissi io giudice Quiriaco nell'anno millesimo centesimo primo dell'incarnazione del Signore e nel ventesimo primo anno di principato del predetto signore Riccardo secondo glorioso principe di **Capuae**. Dato nella città **aversana**,

augusto. Videlicet in festivitate beati Laurentii. per indictionem nonam.	nel mese di agosto e cioè nella festività del beato Laurencio, nella nona indizione.
---	--

✧ In nomine domini nostri Ihesu Christi vicesimo primo anno regnante domino Alexi gloriosissimo imperatore Mense Ianuario decima indictione. Ego robbertus dei gratia dominator civitatis barulo filius guarini. bona mea voluntate pro deo et mercede anime mee et raynaldo vellavalle et malgeri. et guidelmi. et melli et omnium parentum meorum qui olim dominati sunt in hac predicta civitate offero in ecclesia sancti nicolay de casa iohannis. ipsam ecclesiam sancti michaelis archangeli. cum omnibus rebus eidem ecclesie pertinentibus Et cum ipsa domo quam nunc tenet angelus monachus intus eandem civitatem Quam videlicet ecclesiam sancti michaelis archangeli cum predictis rebus recepit a me vice predictae ecclesie sancti nicholay richardus monachus rector eiusdem ecclesie sancti nicolay. Ita ut quicumque rector fuerit. in predicta ecclesia sancti nicolay faciat ~~predicta~~ predicta ecclesia sancti michaelis archangeli studiose regere atque servire. Si autem eadem ecclesia ciderit similiter faciat illam bene laborare. Et nec ego nec mei heredes vel successores mei non habeamus potestatem subtraere predictam ecclesiam vel res eidem ecclesie pertinentes a potestate rectorum predictae ecclesie sancti nicolay. set omni tempore servierint ac firmiter illam habeant et omnes res ipsius ecclesie sine omni mea meorumque heredum vel successorum contrarietate vel requisitione cuiuscumque. Unde et ad securitatem predictae ecclesie sancti nicolay eiusdemque rectorum feci exinde facere hoc scriptum et per plumveam vullam cum nostro solito Typari signare feci eidem Ricchardo monacho dari precepi quod scriptum est per manum bisantiy Notarii qui interfuit actum mense et indictione supranominata:

✧ hoc signum crucis factum per manum robberti dominatoris baruli filii guarini.

✧ hoc signum crucis factum per manum guilielmi filii tari ruselli.

✧ Nel nome del Signore nostro Gesù Cristo, nel ventesimo primo anno di regno del signore Alessio gloriosissimo imperatore, nel mese di gennaio, decima indizione. Io Roberto, figlio di Guarino, per grazia di Dio signore della città di **barulo**, di mia spontanea volontà per Dio e per la salvezza dell'anima mia e di Rainaldo **vellavalle** e di **malgeri** e di **guidelmi** e di **melli** e di tutti i miei parenti che un tempo dominarono in questa predetta città, offro alla chiesa di san Nicola **de casa iohannis**, la chiesa di san Michele arcangelo con tutte le cose pertinenti alla stessa chiesa e con la casa che ora tiene il monaco Angelo entro la stessa città. La quale, cioè la chiesa di san Michele arcangelo con le anzidette cose, ha ricevuto da me per conto della predetta chiesa di san Nicola il monaco Riccardo rettore della stessa chiesa di san Nicola. Di modo che chiunque sarà rettore nella predetta chiesa di san Nicola faccia attentamente reggere e servire la suddetta chiesa di san Michele arcangelo. Se poi la stessa chiesa dovesse crollare, la faccia similmente bene riparare. Né io né i miei eredi o successori abbiamo facoltà di sottrarre la predetta chiesa o le cose pertinenti alla stessa chiesa dalla potestà dei rettori della predetta chiesa di san Nicola ma in ogni tempo ne facciamo uso e fermamente la abbiamo insieme a tutte le cose della stessa chiesa senza qualsiasi contrarietà mia o dei miei eredi o successori o richiesta di chiunque. Pertanto, anche per sicurezza della predetta chiesa di san Nicola e dei rettori della stessa feci dunque redigere questo scritto e comandai che fosse contrassegnato con la bolla di piombo con il nostro solito sigillo e comandai che fosse dato allo stesso monaco Riccardo. Il che è stato scritto per mano di Bisanzio notaio che diede assistenza. Redatto nell'anzidetto mese e nell'anzidetta indizione.

✧ Questo è il segno della croce fatto per mano di Roberto, signore di **baruli**, figlio di Guarino.

✧ Questo è il segno della croce fatto per mano di Guglielmo, figlio di **tari ruselli**.

✧ **IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS.** Rogerius divina favente clementia dux Roberti magnifici ducis heres et filius. Nos ab omnium conditore et gubernatore dignas mercedes credimus accepturos si sanctis ac venerabilibus locis curam impenderimus. et quod iuste ab eorum cultoribus postulati fuerimus bono ac sincero animo prebuerimus. Idcirco pro redemptione animarum supradicti genitoris nostri ac genitricis. nec non et pro salute nostra. Confirmamus in monasterio sancti martiris laurentii quod constructum est in adversano territorio ubi nunc deo tuente dominus **GUARINUS.** venerabilis abbas preest. sanctum nikolaum de bedetta. et sanctam catelinam cum pertinentiis suis. et basilianum. et sanctam mariam de grano. et sanctum petrum de aqua iohanne. et sanctum petrum de babagnia. et unum casalem qui vocatur filina. et sanctum arontium de taranto. et quinque piscatores. tres ex his cum duobus lintris in mare magno. et parvo. et quartus cum uno lintre in mare magno. et parvo. et quintus cum una planca. et sanctam caenapuram que est in territorio polichori. et sanctum nykolaum salice. et sanctam mariam de colovrata. et sanctam mariam de sinisi. cum omnibus eorum pertinentiis. Ea vero ratione ut omnia suprascripta cum pertinentiis illorum semper sint in potestate et dominio predicti monasterii sancti laurentii et domini Guarini abbatis eorumque successorum. et liceat eis de omnibus facere quod voluerint. Et neque a nobis nostrisque heredibus vel successoribus. vel a quibuscumque actoribus reipublice aut ab aliquibus hominibus inde aliquid contrarium aut calumpniam habeant. sed ut dictum est omnia cum omnibus illorum pertinentiis in perpetuum firmiter et quiete. habeant. et que voluerint faciant. Quod si quis forte temerario ausu huius nostre confirmationis quolibet tempore violator extiterit. sciat se compositurum auri purissimi libras triginta. Medietatem camerae nostrae. et medietatem predicto abbati suisque successoribus. Et hec nostra confirmatio semper firma et inconcussa permaneat.

✧ **Nel nome della santa e indivisibile Trinità.** Ruggiero con il favore della divina benevolenza duca, erede e figlio di Roberto magnifico duca. Noi crediamo che dal Creatore e Governatore di ogni cosa riceveremo degne ricompense se ci prendiamo cura di luoghi santi e venerabili e offriamo con animo benevolo e sincero ciò di cui fossimo giustamente pregati da quelli che ivi risiedono. Pertanto, per la redenzione delle anime dei predetti genitore e genitrice nostri nonché per la nostra salvezza, confermiamo al monastero di san Lorenzo martire che é costruito nel territorio **adversano**, dove ora con la protezione di Dio presiede domino Guarino venerabile abate, san Nicola di **bedetta**, e santa Caterina con le sue pertinenze, e **basilianum**, e santa Maria **de grano**, e san Pietro **de aqua iohanne**, e san Pietro **de babagnia**, e un casale chiamato **filina**, e sant'Aronzio di **taranto**, e cinque pescatori, tre dei quali con due lontre nel mare **magno** e **parvo** e il quarto con una lontra nel mare **magno** e **parvo** e il quinto con una planca, e santa Cenapura che é in territorio di **polichori**, e san Nicola **salice**, e santa Maria di **colovrata**, e santa Maria di **sinisi**, con tutte le loro pertinenze. In quella condizione invero che tutte le cose soprascritte con le loro pertinenze sempre siano in potestà e dominio del predetto monastero di san Lorenzo e di domino Guarino abate e dei suoi successori e sia loro lecito fare di tutte queste cose quel che vorranno. Né da noi e dai nostri eredi e successori o da qualsiasi responsabile della cosa pubblica o da alcun uomo abbiano pertanto alcuna contrarietà o calunnia ma, come é stato detto, tutte le cose con ogni loro pertinenza abbiano in perpetuo fermezza e in pace e ne facciano quel che vorranno. Poiché se per caso qualcuno con ardire temerario in qualsiasi tempo violasse questa nostra conferma sappia che dovrà pagare come ammenda trenta libbre di oro purissimo, metà alla nostra Curia e metà al predetto abate ed ai suoi successori e questa nostra conferma rimanga sempre ferma e inviolata. Invero il testo di questa nostra conferma ordinammo di scrivere a te Grimoaldo nostro notaio e comandammo che fosse bollato con il nostro sigillo di piombo. Nell'anno millesimo

<p>Textum vero huius nostrae confirmationis tibi grimoaldo notario nostro scribere precipimus. et nostro cum typario plumbea bulla bullari iussimus. Anno dominicae incarnationis millesimo centesimo secundo. Ducatus autem nostri septimo decimo. Mense aprili. Indictione decima.</p> <p>✠ EGO ROGERIUS DUX ME SUBSCRIPSI.</p> <p>EGO RICCARDUS Siniscalcus. Ego Vinffredus de gravina. Ego Ugo de gualteri villa.</p>	<p>centesimo secondo dell'incarnazione del Signore. Inoltre, nel decimo settimo anno del nostro ducato, nel mese di aprile, decima indizione.</p> <p>✠ Io Ruggiero duca sottoscritti. Io Riccardo siniscalco. Io Vinffredus de gravina. Io Ugo de gualteri villa.</p>
---	---

✧ In nomine Sancte et individue trinitatis Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo centesimo secundo atque secundo anno Regnante domino nostro Rubberto inclitus comes Mens hooctuber decima indictione. Omnis homo qui ad gaudia eterni regni desiderat pervenire. Congruum est sublebare hecclesias et monasterias pro salute anime sue et remissione peccatorum. ad statum virtutis. Quapropter Ego Rubbertus dei gratia inclitus comes pro salute anime mee et de patre vel matre mea. nostrorumque parentum salute Offero primis deo et in monasterio Sancti Nicolai Confessoris Christi et in manibus tuis domino Guibaldus monachus et prepositus cenobii huius Tuisque posterioribus astante tecum advocator Godelferius filius laitus trumarcha Hoc est enim quod offerui in predicto monasterio duo putee da aquam recipiendum quod ego abui. in ipsa silbam in loco qui vocatur ispiano pertinentiis civitatis monopoli qualiter sunt ambo predictae putee cum aquisductis illorum et cum omnibus suorum pertinentiis. In tali ordine offerui ego qui supra comes ambo predictae putee de predicto loco ut ab odierno die in antea perpetualiter sint in potestate eiusdem monasterii eiusque rectoribus una cum superioribus supterioribusque suorum et cum aquisductis illorum cum trasitibus et exitibus illorum cum omni utilitate de predicti monasterii usque in vias puplicas vel cum omnia infra se abentibus et continentibus faciendum ex eis et in eis omnia ut vestra fuerit voluntas. sine omni contrarietate et requisitione mea qui supra comes meisque hordinatis. vel nostris posterioribus. Et hoc preceptum nostre offertionis. et oblationis Stabilem et firmum sit per evum et ego et nostris heredibus defendamus illam da omnis homines qui tecum prephato domino Guibaldus prepositus vel cum tuis posterioribus de predicto monasterio. causare aut contendere boluerint quommodocumque et pro causa stabilitatis atque firmitatis. et signum sancte crucis mea manus feci suptus in hac cartula et nostro plumbeo sigillo bullari precepi et iussi testari Leonis Iudex nostre

✧ Nel nome della santa e indivisibile Trinità, nell'anno millesimo centesimo secondo dall'incarnazione del Signore nostro Gesù Cristo e nel secondo anno di Regno del signore nostro Roberto illustre conte, nel mese di ottobre, decima indizione. Ogni uomo che desidera pervenire ai godimenti del regno eterno é opportuno che aiuti le chiese e i monasteri per la salvezza della sua anima e per la remissione dei peccati allo stato di virtù. Pertanto io Roberto, per grazia di Dio illustre conte, per la salvezza dell'anima mia e per la salvezza di mio padre e di mia madre e dei nostri parenti, offro innanzitutto a Dio e al monastero di san Nicola confessore di Cristo e nelle mani tue, domino Guibaldo, monaco e preposto di questo cenobio, e dei tuoi successori, con te stando l'avvocato Godelferio, figlio del turmarca Laito, cioè per certo ho offerto al predetto monastero due pozzi per raccogliere l'acqua che io avevo nel bosco nel luogo chiamato **ispiano** di pertinenza della città di **monopoli** come sono ambedue i predetti pozzi con i loro canali per l'acqua e con tutte le loro pertinenze. In tale ordine io suddetto conte ho offerto ambedue i predetti pozzi dell'anzidetto luogo che dal giorno odierno in poi siano in perpetuo in potestà dello stesso monastero e dei suoi rettori, con le cose che vi sono sopra e sotto e con i loro canali per l'acqua, con le loro entrate e uscite, con ogni utilità del predetto monastero fino alle vie pubbliche e con tutte le cose che vi sono o sono contenute entro di loro, affinché ne facciate di loro e in loro tutto quello che sarà la vostra volontà, senza alcuna contrarietà e richiesta di me suddetto conte e dei miei subordinati e dei nostri successori. E questo atto della nostra offerta e donazione sia stabile e fermo per sempre e io e i nostri eredi lo difendiamo da ogni uomo che in qualsiasi modo volesse fare causa o contendere con te predetto domino Guibaldo preposto o con i tuoi successori del predetto monastero. E per stabilità e fermezza anche feci con la mia mano il segno della santa croce sotto questo atto e ordinai che fosse bollato con il nostro sigillo di piombo e comandai che fossero testimoni Leone giudice della nostra Curia, il giudice Florualdo e i giudici Atanasio e Pietro, e stabili che fosse scritto per

curie Florualdus Iudice et Athanasii et Petri Iudici et scribere commisi per manus Scribono notarius noster qui et interfuit ✕ Signum proprie manus meae qui supra Robbertus Comes ✕ Signum proprie manus Elarverarius ✕ Ego qui supra Monopolitanus Iudex hec firmavi ✕ Testis Athanasius sum carte providus huius	mano di Scribono notaio nostro che anche diede assistenza. ✕ Segno della propria mano di me anzidetto Roberto conte. ✕ Segno della propria mano <i>di me</i> Elarverarius. ✕ Io anzidetto Monopolitanus giudice queste cose confermai. ✕ <i>Io</i> Atanasio sono attento testimone di questo atto.
--	---

Note:

(A) O è l'undicesima indizione o è l'anno 1101, il che è ammissibile se l'anno è stato calcolato con il metodo greco.

HEC SUNT Nomina et linee Servorum et Villanorum Centum duodecim. qui inventi sunt cum sergio. proditore. in obsidione Civitatis Capue kalendas Martii Incarnationis domini Anno Millesimo Nonagesimo Octavo. Indictione septima. Quos Ego Rogerius Calabrie ac Sicilie per dei voluntatem Comes. pro miraculo quod deus dignatus est visibiliter michi ostendere orationibus beati Brunonis ad salutem fidelium christianorum. qui mecum erant et meam. donavi eidem patri Brunoni eiusque successoribus non solum ipsos set etiam filios filiorum suorum usque in sempiternum in servos perpetuos et Villanos cum omnibus bonis eorum mobilibus et stabilibus habitis et habendis ubique locorum sistentibus cuiuscumque sint artis sive negotii sive marinarii. quos proditores ex sententia interfici diversis generibus suppliciorum dampnaveram. sed ad petitionem dicti patris Brunonis. tunc eis mortem perniciosam peperci. et ad ecclesiam beate marie de heremo. et beati prothomartyris Stephani obligavi in perpetuas servitutes et Villanigia. et inde fieri feci Cyrografum apud Squillacium. cum donatione quam feci de Monasterio sancti Iacobi de Muntauro. et tenimenti sui. Sed eorum nomina et linee non habentur in eodem cyrografo. Ad petitionem autem fratris lanuini prioris ecclesie sancti Stephani in isto privilegio iussi poni in memoriam sempiternam. Et hec nomina et linee dictorum servorum et Villanorum. Petrus de mauro. cum duobus filiis. Nicolao et Iohanne. et hic Iohannes dicitur de spano. Arcudius dimi. cum Nicolao fratre suo. Petrus de agathi cum cognato suo qui. dicitur de sir uvo. Nicolaus cruruachi cum filio. Arcudius de lacerana. Peratico miniti. cum sex filiis. Georgius arpedoni cum filio. Iohannes milus cum Asinio fratre suo. qui de prothopapa dicitur Nicolaus Menglaviti cum duobus filiis. Leo pelecarius cum fratre qui dicitur Nicolaus de nichito. Iohannes catastimenos. Calochirius de fantiao. cum Basilio cognato suo. qui dicitur de Iannathi. Arcudius de cruxi. Arcudius rufus. Nicolaus de presbytera cum filio et nepote qui dicitur bulgari Nicolaus

